

6550.

#70

Quod felix faustumq; sit!

24.

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

MERCEDE,

Quam

SS. DIVINITATIS TRIADE PRÆSIDENTE,

Ex

DECRETO & AUCTORITATE

MAGNIFICI AC NOBILISSIMI
IUCTORUM ORDINIS,

In

FLORENTISSIMA NORICORUM
UNIVERSITATE,

Pro

LICENTIA

Summos in Utroqve Jure Honores &
Privilegia DOCTORALIA ritè
capessendi,

Solenni Eruditorum examini sistit

JOHANNES ADAMUS Köler /
DURLACENSIS,

*M. P. C. Dynastia Schraplaviensis superioris
Praefectus & Advocatus Saxo-Hallensis.*

Die II. Septembris, Anno M. DC. LXXV.

ALTDORFFI,

Typis HENRICI MEYERI, Univ. Typogr.

ss. jur. civ.

344,4

1.32.

THEATRO LINGUALI

ALBERTUS

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI

DE THEATRO LINGUALI



☉:(3.):☉



I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS

De


MERCEDE

Prooemium.

Post exantlata consveta in utro-
 que jure examina, speciminis, quod
 vocant Inauguralis loco scrupulosis-
 simam quidem Rerum Meræ Facul-
 tatis Scyllam atq; Charybdim ten-
 tandam esse duxi. Verum propter temporis non
 minus quam supellectilis libraria, quâ heic lo-
 ci constringor, angustiam, tantum operis non
 ausus, sisto tibi Benevole Lector MERCEDEM
 in locatione conductione obvenientem, festi-
 nante calamo quoad potiora solummodo mo-
 menta elaboratam; quæ si non ubiq; arriserit,
 ipsa hæc allegata obstacula me facile excusa-
 bunt. Interim DEUM precor, ut his cœptis
 clementer annuat! Sit Ergo

A 2

APHO-



APHORISMUS I.

Merces (a) est pecunia numerata (b) quâ usus (c) rei (d) vel personæ opera, locari solita (e) æstimatur. (f)

- 1 (a) **D**erivatur teste Varrone l. 4. § 5. de lingu. lat. à merendo, eò quod merenti cedat. Jung. B. Dn. Tabor. ad C. J. A. tit. locat. conduct. tb. 4. & Matth. Martin. in Lexic. Philolog. in voc. merces. Unde mercenarii dicuntur, qui operâ suâ merent, i. e. quæstum faciunt, Frantzk. in Comment. ad p. tit. loc. cond. n. 61. Quales quidem sunt omnes, qui operas suas locant. l. 1. §. si filiusfam. ff. de vi § vi arm. Plerumq; tamen hoc nomine venerunt quondam servi alieni, quorum operis utebantur Romani, quod Seneca non solum in lib. de Consolat. ad Albin. sed & lib. 6. de Benef. c. 5. confirmat, in verbis: *Non conductum meum, quanquam sis dominus, intrabis, nec servum tuum mercenarium meum abduces.* Briffon. de V. S. n. 11. ad vocab. Mercenar.
- 2
- 3 In jure (acceptiones enim in sacris Literis Esaiæ scil. 40. vers. 10. Sap. 5. vers. 16. 1. Corinth. 3. vers. 8. Apoc. 22. vers. 12. occurrentes, Theologorum Cathedræ relinquimus. Vid. tamen quæ de his Continuator Postillæ Harmonicæ Theologo-Juridico-Politico-Philologicæ à Georg. Christoph. Walthero, Jcto, conscriptæ, §. 424. contra Jesuitam Sandæum disputat) variè sumitur, & quidem partim tropicè ac ironicè pro pœnâ, sicuti Imperator Justinianus in Novell. 56. privationem sacerdotii avaritiæ mercedem dixit, in Clericos constitutam, qui insinuativa i. e. dona pro introitu dant; partim etiam propriè, hocq; modo iterum (1.) *latissimè*: quatenus etiam id, quod in contractu facio ut des, intervenit, merces vocatur, l. 15. § l. 22 ff præscr. verbis. (2.) *Latè* ut etiam honoraria, salaria annua, didactra &c. (quæ tamen per inferius dicenda pro digniori & locari non solitâ operâ præstantur) comprehendat; quò pertinet illud Juvenalis Sat. 7. *Scire volunt omnes mercedem solvere nemo.* Vid. Briffon. lib. 11. de V. S. ad voc. merced. Calvin. in Lexic. Jurid. ad id. voc. Sic in l. 12. §. pen. ff. de administr. § peric. didactra, quæ liberalium artium præceptoribus præstantur, aliasq; lati-
- 4
- 5
- 6



latinè Minervalia vocantur, mercedis nomine indigitantur.
 (3.) *Strictè*: quatenus est de essentia contractus locationis condu- 7
 ctionis, ut in l. 2. pr. ff. locat. cond. l. 29. ff. de hered. petit. & passim.
 Et hunc postremum significatum, exclusa latiori acceptione, hic
 noster præsупponit discursus. Dicitur aliàs interdum simpliciter 8
 pretium, l. fin. §. fin. ff. ad L. Rhod. de jactu. l. 10. §. fin ff. de acquir.
 vel amitt. possess. Sic Simo apud Terent. in Andr. Act. 1. Scen. 1.
 propterea quod serviebas liberaliter, quod habui summum pretium,
 persolvi tibi. Interdum pretium conductionis. l. 28. ff. locat. inter-
 dum verò pensio, l. 9. §. fin ff. d. t. §. l. 3. C. eod. quâ voce tamen ple-
 rumque merces ex prædiis proveniens, aliàs locarium, Nostratibus
 Wachtgeid/ Wachtzins venit, l. 15. §. 4. l. 19. §. 1. §. 6. l. 54. pr. ff. locat.
 Vinn. ad §. pr. Inst. de locat. cond. n. 1. Sicuti ex adverbo in operis fa-
 mulitiis Liedlohn/ quasi Gliedlohn/merces artuum, quæ artibus seu
 manibus acquiritur & Græcis μισθός est, appellatur. Vid. Martin. d. l.
 & Gothofr. ad l. 2. ff. locat. lit. E. Frantzk. d. t. n. 63. Aliàs vocatur
 quoque reditus sive redactus, ita tamen ut de prædiis tantum pensio
 dicatur reditus vel redactus; pretium & merces etiam de operis.
 Cujac. lib. 4. observ. c. 26.

(b) In quâ mercedem nostram regulariter consistere infra 9
 thesi 7. demonstrabo.

(c) Vocabulum usus hîc non pro servitute personali accipi- 10
 tur, quat. scil. denotat jus utendi alienis rebus ad quotidianam ne-
 cessitatem, salvâ substantiâ, juxta l. 1. ff. de usu & habit. Sed plenius,
 quatenus interdum quoque fructus comprehendit, ut in locatio-
 ne fundi vineæ, aliàsve in contractu locationis conductionis ve-
 nit, ut alteri per sublocationem concedi possit, l. 7. ff. locati. l. 6.
 C. eod. Dn. Lauterbach. ad ff. tit. locat. §. 1. th. 6.

(d) Prædii urbani vel rustici, equi alteriusve animalis, suppel- 11
 lectilis, mundi & similium, ut ex th. 5. patebit.

(e) Quâ in re differentia specifica mercedis operarum consi- 12
 stit; pro factis enim quæ vel propter gravitatem, vel etiam propter
 dignitatem æstimari & inde locari nequeunt; cujus generis sunt
 operæ Consiliariorum, Professorum, Judicum, Advocatorum,
 Medicorum, Agrimensorum &c. ingenii magis quàm corporis vi-
 ribus expediundæ, propriè non merces, sed honoraria, salaria an-
 nua, sportulæ &c. solvuntur; & quidem non in operarum præ-
 stitarum æstimationem vel compensationem, sed potius in remu-

nerationem & grati animi declarationem, l. 1. pr. ff. si mens. fals. mod. dixer. l. 38. §. 1. ff. locati, l. 34. §. 1. ff. de donat. l. 9. C. de Profess. § Med. lib. 10. Add. Magn. Dn. Struv. Synt. Jur. Civil. Exercit. 24. th. 4. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disput. 29. th. 2. lit. G. Frantzk. d. tit. loc. cond. num. 60. Dn. Lauterbach. ad eund. tit. §. 1. th. 9.

- 13 (f) Quia per mercedem æstimatur vel usus rei, vel opera præstanda, ideoq; rectè pretium locationis à Brisson. cit. loc. & Calvin. in Lex. Jurid. ad voc. merces, vocatur. Unde locationis convenientia cum emtione venditione apparet. Nam sicut in venditione pretium constitui debet; ita in locatione merces: inter quæ vocabula non alia differentia est, quàm quod æstimatio totius rei, quæ fit in emtione, pretium dicatur; Æstimatio verò usus rei ac operarum, quæ in locatione fit, merces vocetur; quæ tamen, quoniam nihil aliud est, quàm pretium usus, & ipsa sæpe pretium appellatur, ut præter citatos textus pro more suo solidè demonstrat Vinn. ad pr. Inst. de locat. cond. n. 1. it. ad §. 2. eod. n. 1. § crim. 20. Molin. de just. § jur. tract. 2. disp. 486. n. 2. § seq. Quapropter etiam Dn. Frantzk. d. l. n. 66. asserit: mercedem non tantum operam seu factum hominis, sed & usum rei locatæ æstimare, perinde ut per l. 1. in pr. ff. de contrab. empt. pretio res æstimatur. Add. Gomez. lib. 2. var. Resol. c. 3. n. 3. in fin. Christin. vol. 3. dec. 109. n. 12. & Dn. Lauterbach. dict. §. 1. th. 10.

APHOR. II.

Dividitur merces I. à causa efficiente in legalem (a) & conventionalem. (b) II. Ab objecto in operarum & rerum, vel quod eòdem recidit, in personalem (c) & realem. (d)

- 1 (a) Quæ à lege plerumq; provinciali seu statuto determinatur.
 2 (b) Quæ à consensu contrahentium eorumq; liberâ determinatione dependet.
 3 (c) Propter personæ operam debitam κατ' ἐξοχήν merces vocatam, quæ iterum duplex est; vel famulitii seu ministerii domestici, vel aliorum operariorum seu mercenariorum & opificum.
 (d) Quæ

(d) Quæ ex prædiis jumentisq; provenit, & sæpius secundum superius dicta pensionis redditus & redactus nomine venit. Vid. Cujac. d. loc. & Frantz. d. loc. n. 62. ibiq; alleg. Hotomann.

APHOR. III.

Constituunt eam, ut causa efficiens, *remotè* leges divinæ ac gentium (a) *propinqvè* civiles (b) *proximè* & *determinativè* statuta (c) & consensus contrahentium (d) isq; tam tacitus (e) quàm expressus. (f)

(a) Quia enim merces laboris præmium est, quæ ideo magis videtur ultrò solvenda, quàm petenda, quoniam persona, quæ operam præstat, longe dignior est, quàm ulla res, quæ vicissim solvi possit; ideoque non uno tantum loco dignum esse mercenarium mercede suâ, sacra pronunciant literæ, vid. Matth. 10. vers. 10. Luc. 10. vers. 7. 1. Timoth. 5. v. 18. item Levit. 19. vers. 13. in verb. Ne pernoctare finito mercedem mercenarii apud te ad matutinum usq;. Deuter. 24. vers. 14. in verb. ne fraudem facito mercenario, & paulò post: die suo dato mercedem ejus, nec occumbito super eam sol. Eodem modo Tob. 4. vers. 17. dicitur: merces omnis hominis, qui operam commodaverit tibi, apud te ne pernoctato, sed redde ei illico. Quapropter Gen. 31. vers. 7. de socero Labano hæc conqveritur Jacob: Nostis patrem vestrum mihi illusisse & decies mercedem mutasse, quamvis non permiserit ei DEUS ut damno afficeret me. Hinc non abs re detentam operariorum mercedem ad cælum clamitare dicimus, juxta illud:

Clamitat in cælum vox sanguinis & Sodomorum:
Vox oppressorum, merces detenta laborum.

Quod verò merces juri quoque Gentium suam debeat originem, & exinde sufficienter patet, quia locatio conductio juris Gentium est juxta. §. 2. Inst. de Jur. N. G. & C. ac l. 5. ff. de Just. & Jur. à quâ tamen merces abesse nequit, quippe cum sine mercede nulla locatio sit. pr. Inst. de locat. Cond. l. 23. in fin. ff. comm. divid. Dn. Lauterbach. d. §. 1. th. 10.

(b) Quæ

- 3 (b) Quæ eam determinant, quorum spectat, quod regulariter illam in nullâ aliâ re quàm pecuniâ numeratâ consistere velint, cum de jure naturali, divino & gentium, cui secundum modo dicta natales suos debet merces, etiam aliæ res ejus loco solvi potuerint, veluti juxta Genes. cap. 30. vers. 32. & seqq. Labanus genero suo Jacobo fuscas oves & capras maculis intertinctas & punctulis resperfas, mercedis loco promisit.
- 4 (c) Cum enim operarii & illi, qui res elocare solent, sæpius nimis extendant mercedes; ideò utilitas Reipubl. exoptulat, ut à superiore certa constituatur mercedis quantitas, prout etiam in quamplurimis Ordinationibus provincialibus de hac quantitate mercedis saluberrimè provisum est. Inter illas præcipuè eminent sanctio Reverendissimi ac Serenissimi Principis ac Domini, Domini AUGUSTI, Postulati Administratoris Primatus atque Archi-Episcopatus Magdeburgici, Ducis Saxonix, Juliaci, Clivix ac Montium &c. (cui optimo Principi ut divina Majestas Nestorem vitam largiatur, mecum omnes Boni optant) die 6. Julii 1652. hac de re peculiariter publicata, atq; vocatur die Bauer, Gesinde, Handwerker, und erneuerte Schäffer-Ordnung / darnach man sich in allen Crenßen des Erz Stiffts Magdeburg achten soll. In qua definitum reperitur non solum quantum mercedis; sed etiam quantum dimensi loco sum deputat in singulos dies vel annos cuilibet Dispensatorum, scribarum, opificum, mercenariorum, famulorum secundum ministerii conditionem & qualitatem, pro singulis anni partibus in quovis districtu in dem Saal, Holz, Jerichau, und Züterbockischen Crenße appendi debeat. Add. Dn. Ahasv. Fritsch. in supplemento Speidelio - Besoldiano, in voc.
- 6 Gesinde-Ordnung. Nectantum de personali sive operarum mercede talismodi feruntur statuta, sed & de reali. Sicut in quibusdam Academiis certæ mercedes quoad habitationes Studiosis elocandas publicâ autoritate determinatas esse, testatur Dn. Bechmann. J Crus Jenensis, Præceptor olim meus plurimùm colendus in Comment. ad Auth. Habita. C. ne fil. pro patr. Conf. Rebuff. de privileg. Univers. priv. 7. n. 1. § 4. Sed quæritur hoc loco: an etiam ultra quantitatem legibus provincialibus definitam, merces extendi possit? Distinctione res expedienda videtur, utrum scil. alter contrahentium plus efflagitet, & alter quasi coactus idem promittat: utrum verò alter, scil. conductor operarum plus offerat.
- Priori

Priori casu ultra quantitatem statutariam non tenetur promissor. Posteriori verò casu ad fidem servandam adstrictus est; quia hæc leges provinciales mercedem determinantes, tantummodo iniquitati locantium & operariorum obviare, non autem cuidam liberum rerum suarum arbitrium adimere censentur. Aliter tamen se res habebit, si hoc ipsum, quod plus promiserit alter contrahentium, tanquam factum in fraudem legis gestum, improbet & annullat constitutio, quam improbationem sanctionibus hujusmodi annexam fuisse novi.

(d) Quo solo contenta est mercedis promissio, nec præsentiam vel literas desiderat; Unde etiam per epistolam vel nuncium, imò nutum, recte constituitur, per *princ. Inst. de obl. ex cons. l. 2. §. 1. ff. de oblig. § Act. Add. Dn. Doct. Joh. Henrici Simonis Disput. Inaugural. Anno 1667. Argentorati habita. de Nutu.*

(e) *Vel ab initio*: veluti quando quis conclave ingrediatur certâ mercede elocari solitum; tunc enim ad eandem sese adstrinxisse censetur. Menoch. l. 3. *Præsumpt. 87. Mantica de tacit. § ambig. convent. l. 5. tit. 2. n. 5.* & post eos Dn. Brunnem. *ad l. 13. §. 5. locati. n. 28.* Eodem modo famulo, qui alteri sibi non incognitâ mercede fruente surrogatus est, eadem constituta intelligitur per dict. Brunnem. *alleg. loc. n. 30.* Sed quæritur: *Si minister vel famulus tali modo non sit suspectus, de quo tamen constat, quod nihilominus fideliter servierit, quid juris obtineat?* Secundum dispositionem des Landr. *lib. 1. art. 22.* & illud commune: *Wer auf Gnade dienet / dem wird mit Barmherzigkeit gelohnet* &c. videtur concludendum, talem ministrum nihil exigere posse; quia certa merces non fuit promissa, ut in arbitrio Domini positum sit, an ex gratia quicquam ei solvere velit, nec ne. Æquior tamen his non obstantibus erit sententia contraria, quod scilicet pro arbitrio boni viri aliquid mercedis ipsi solvendum sit, quod justum alioquin putatur: nisi minister pro solo victu servitia promiserit; vel absque mercede aliàs servire solitus fuerit; vel aliæ circumstantiæ contrarium suadeant. Moller. *ad p. 1. Const. Elect. Saxon. 28. n. 5.* & post eum Richter. *de Jur. § Privil. Creditor. c. 2. membr. 3. n. 10.* Porro non minus tacitè merces constituitur tunc, quando quis ædes sciente & patiente domino inhabitat, singulis annis certam pensionem solvens, qua Dominus ædium est contentus. B. Dn. Ludwell. *Exercit. 13. th. 5. Lit. C. ibiq; alleg. Mozz. cap. de divis. loc. num. 11.*

B

Vel

- 13 *Vel primo locationis tempore finito*; Si quis enim in servitio vel re conductâ non ignorante locatore permanserit, merces prioris temporis in sequenti repetita videtur; utut ejus restrictivè mentio facta fuerit, nam & propter sequentes annos, quibus vel servitium vel rei conductæ usus mediante tacitâ reconductione continuatur, non obstante certi temporis expressione, merces exsolvenda est. *l. 13. §. ult. § l. seq. ff. locat.* Confer Dn. Mev. *part. 7. Decis. 7.* & Dn. Ludwell. *d. l.* Exceptionem tamen hoc patitur iis casibus, quibus reconductio locum non habet, quos recenset Dn. Brunnem. *ad l. 13. ff. locat. cond. n. 19. § seq.* ubi & illum, addit scilicet locatio conductio in scriptis sit celebrata & convenerit, ut scriptura secundum *l. 17. C. de fid. Instrum.* sit de substantia hujus contractus; tunc enim cessante reconductione eadem merces repetita haud videtur, prout communiter verba *l. 13. in fin. ff. locat.* (*nisi in scriptis §c.*) intelligunt Doctores, interq; eos Gomez. *lib. 2. var. Resol. c. 3. n. 16.* Menoch. *l. 3. præsumpt. 85. n. 28.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 48.* Dn. Carpzov. *in Jurispr. Forens. p. 2. Constit. 37. def. 9. num. 9. § 10.* secuti Bartol. Bald. aliosq; veteres Interpretes, teste Frantzk. *ad ff. tit. loc. num. 23.* Aliam verò horum verborum explicationem proponit Dn. Struv. *Exerc. 24. th. 7.* quod scilicet eo in casu, ubi in scriptis certum tempus locationi est adjectum, ad id reconductio facta videatur, consentit Frantzk. *d. l.* quæ interpretatio teste Dn. Brunnem. *cit. loc.* nihil absoni habet. Sed quæritur: hac occasione porrò: *Utrum canon ex utriusq; partis taciturnitate renovatus ita censeatur, ut Emphyteuta in fundo, finita emphyteusi, permanens eam præstando liberetur?* Resp. Quod sic, modo Dominus eo contentus fuerit; Sin minùs, tenebitur de fructibus ex re emphyteutica perceptis & percipiendis ut m. f. possessor rationes reddere: non enim ut locatio conductio, ita emphyteusis tacitè renovari potest. Fachin. *l. 1. Contr. 34.* Treutler. *vol. 1. D. 29. th. 4. lit. D. § th. 10. Lit. B.* ibiq; Bachovius; quia hîc majus verlatur præjudicium. Præterea renovatio ista locationis conductio nis anno tantum terminatur in prædiis rusticis; in urbanis autem quousque conductor inhabitaverit, utcunqve ab initio quinquennalis fuerit locatio, *d. l. 13. §. fin.* emphyteusis autem hoc modo constitui nequit. Porrò canon plerumqve consistit in re minimâ, proventibus prædii emphyteutici nec quicquam proportionatâ; merces autem est justa usus rei æstimatio, quam quis renovare facilius solet,

solet, quàm exiguum illum canonem. Jung. Mantic. d. l. Berous vol. 1. Cons. 153. num. 13. § 58. Frantzk. d. t. num. 12.

(f) Quem etiam esse puto, quando operæ vel usus merces à tertio, cujus arbitrio commiserunt contrahentes, definita est, per l. 24. § 25. pr. locat. quod quidem de arbitrio boni viri & regulato, non verò de absoluto, in quod sicut nec locatio conductio; ita consequenter nec mercedis determinatio conferri potest, exaudiendum erit. Menoch. l. 1. A. J. Q. c. 13. Cons. 247. n. 341. § Cons. 422. n. 65. Donell. ibiq; Hillig. l. 9. c. 15. August. Barbof. locupl. lib. 1. c. 76. axiom. 6. Mozz. de substant. location. n. 20. Mantic. de tacit. § amb. Convent. lib. 2. tit. 1. num. 28.

APHOR. IV.

Debent mercedem operarum sive personalem omnes operarum Conductores (a) illis, qui has sibi locaverunt. (b)

(a) Qui itidem locatores operis vocantur: Etenim in locatione facti diverso respectu idem & locator & conductor dici potest; locator, quatenus dicitur locare opus faciendum; conductor, quatenus alterius operas conducit, l. 11. §. pen. l. 13. §. 1. § 3. l. 19. §. 7. l. 25. §. pen. l. 30. §. 3. l. 48 pr. l. 51. §. 1. l. 60. §. 3. § l. 62. ff. locati. Quemadmodum ex adverso idem opus faciendum conducere & operas locare artifex solet, l. 18. §. 9. l. 22. §. 1 ff. d. t. B. Dn. Ludwell. Exerc. 13. th. 5. lit. B. Dn. Rebhan. Præceptor olim meus æviternum devenerandus in Hodog. Jur. Chart. 2. clim. 3. §. 9. Dn. Lauterbach d. §. 1. th. 2. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 1. lit. H. Frantzk. cit. loc. n. 81. § seq. Dn. Tab. in part. Elem. part. 3. sect. 4. th. 40. Add. aliter sese expedientem Dn. Bicc. Rerum quotid. sect. 4. num. 94.

(b) Non solum proprias, sed & alienas. Ita Patronus potest; elocare operas libertorum fabriles, ac pro iisdem mercedem petere, l. 9. l. 25. ff. de oper. libert. Imò quilibet conductor operas conductas, si de contraria contrahentium mente non constet, alteri locare potest. arg. l. 7. ff. locat. Dñ. Lauterbach. ad eund. tit. §. 1. th. 9. ibiq; alleg. Rebuff. de privil. Universit. ubi limitationes asserti proponit. Num verò idem statuendum sit de operis rusticorum

quæritur? Ex identitate rationis puto quod sic; quamvis con-
 cedam, rusticos, si velint hoc casu, quo operæ domino tenuioris
 fortunæ sine earum elocatione futuræ sunt inutiles, quotannis
 posse redimere, & ita conductori præferri. Jung. Magn. Dn.
 5 Strauch. *Diss. i. aph. ult. Sed quid tunc obtinebit, si Dominus à rusticis
 pecuniam aliquandiu pro operis exegit, poteritne postea ipsas operas
 exigere?* Ita ex superioribus videtur; quoniam certum est Domi-
 num etiam, dum pecuniam seu pretium operarum præstiterunt ru-
 stici, operas percepisse, ut post Klock. *de contrib. c. 2. n. 86. & seq.*
 atque Dn. Mev. *p. 4. Decis. 271. Dn. Brunnem. in Comment. ad
 Pand. d. l. 25. de oper. libert. colligit;* additâ tamen limitatione hæc,
 si non sint intolerabiles operæ, nec cum iniquis conditionibus im-
 positæ, v. g. ut ultimò veniens mulctetur, quàm limitationem &
 6 ipse Mev. *cit. loc. approbat.* Cæterum illud nullum videtur habere
 dubium, quod operæ famulorum, præsertim ad elocationem con-
 ductorum, possint sublocari & pro iis merces exigi, arg. *l. 48. pr. ff.*
 7 *locat. l. 6. C. eod. l. 38. §. 21. ff. de V. O.* Hoc verò utrinque tam in o-
 peris propriis, quàm alienis præcisè requiritur, ut concernant fa-
 cta honesta locariq; solita, cujusmodi sunt: tabulam pingere, *l. 5.*
§. 2. ff. de Præscr. verb. gemmam includere l. 3. §. 8. ff. locati, annu-
lum facere l. 2. §. 1. d. t. §. 4. Inst. eod. aliaq;, quæ magno numero
 8 sunt relata in Colleg. Argent. *tit. loc. cond. th. 10.* Quæ verò inho-
 nestæ sunt, vel propter dignitatem suam nequeunt æstimari per su-
 perius *th. 1. lit. E. dicta, hæc non pertinent.* Add. Mozz. *de reb. quæ*
 9 *locari possunt.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. Diss. 29. th. 2. lit. G.* Uti
 etiam ea certâ mercede æstimari nequeunt, ex quibus nulla utilitas
 ad alterum redit, cujusmodi est manumissio servi alieni *l. 5. §. 2. ff.*
 10 *de Præscr. verb. l. 7. eod.* Frantzk. *dict. loc. num. 60.* Denique is tur-
 piter facit, qui mercedem accipit pro re, quàm gratis præstare te-
 11 netur, *l. 2. in fin. ff. de Condict. ob turp. caus.* Sed quæstionis est:
An operæ liberorum hominum in perpetuum locari possint? Ad quam
 affirmativè respondendum videtur; Non enim obest libertati hæc
 locatio, quia locator per substitutum servire, vel præstando inter-
 esse sese ab hac ad factum obligatione liberare potest, *l. 13. §. 1. de re
 judic.* ut ut personæ industria electa sit. Nec desunt exempla talium,
 qui in perpetuum suas operas obstrinxerunt in pœnam delicti. Et
 quid aliud sunt rustici aliquibus in locis, nisi perpetui mercenarii?
 Brunnem. *ad l. 21. C. locat.* Dn. Struv. *dict. Exercit. 24. th. 20. per
 l. 10.*

l. 10. C. d. t. Coler. de Process. Executiv. p. 1. c. 9. n. 27. Vinn. ad §. 4. Inst. de jur. person. Add. Grot. lib. 2. de Jur. B. ac Pac. c. 5. Dissent. Mejer. in Colleg. Argent. d. tit. th. 6. motus arg. l. 71. §. 2. ff. de condit. & demonstr. l. 37. ff. de liber. caus. l. 6. 10. 24. C. eod. junct. l. 2. ff. de lib. hom. exhibend. qvi textus tamen negativam haud evincunt.

APHOR. V.

Realem solvunt locatoribus conductores (a) propter usum rei (b) locari non vetitæ. (c)

(a) Scil. in locatione rei semper locator est qui mercedem accipit; conductor, qui dat, *l. 54. pr. l. 5. l. 9. pr. §. 1. & 6. ff. locati. l. 13. l. 21. eod.*

(b) Corporalis & incorporealis; hæc enim à locatione non excluditur. *Carpzov. l. 5. Respons. 15. n. 1. Unde recte locatur jus vetigalis l. 4. C. vetigal. nov. instit. non poss. Ususfructus & Habitatio, §. 1. & 5. Inst. de usu & habitat. Hodie etiam Jurisdictio & Jus Patronatus cum prædio cui inhaerent, cap. cum seculum. 13. extr. de Jur. Patron. Quæ jura ex naturâ bonæ fidei contractuum etiam locata videntur, licet in locatione prædii, cui adhærent, eorum non sit facta mentio, ut ex cap. ex literis. 7. extr. de Jur. Patronat. deducunt *Carpzov. part. 2. Const. 27. def. 22. & Finckelthaus. de Jur. Patron. c. 5. n. 19. & seqq. Dissentit verò cum Berlich. dec. 166. Dn. Brunnem. ad l. 44. ff. locat. n. 3. qv nec cum Universitate fundi & jurium jus Patronatus in conductorem transire asserit, nisi sit ad longum tempus facta locatio de quo casu d. c. 7. explicat.**

Quoad res corporales nihil interest, siue mobiles sint & semoventes, siue immobiles, siue propriæ siue alienæ; cum etiam locator rei alienæ pro eo tempore, quo conductor illâ usus est, mercedem exigere possit, *l. 9. §. fin. ff. locati. Mant. de tacit. & ambig. convent. l. 5. t. 3. n. 1. Si verò superveniens rei Dominus eandem vindicando conductori auferat, tenetur locator siue sciverit siue ignoraverit rem esse alienam, conductori ignorantis ad interesse, arg. l. 19. §. 1. ff. locat. Add. l. 7. l. 8. & 9. ff. eod. Frantzk. dict. tit. locat. cond. n. 45. & seqq. Cæterum generaliter omnes res locari possunt, quæ & vendi. Imò nonnullæ quoque vendi prohibitæ, locationem non respuunt, cujusmodi sunt: bona immobilia minorum, bona*

B 3

adven

adyentitia filiorum, in quibus pater usumfructum habet. Sic maritus res dotales & Jure Saxonico paraphernales. Vasallus bona feudalia ut talia sine consensu Domini; additâ tamen hac exceptione: Quod resoluta jure locatoris resolvatur quoque jus conductoris, locare potest, d. l. 9. §. 1. l. 1. § 2. C. de bon. matern. cap. unic. §. donare. 2. Feud. 9. l. 54. ff. de reg. jur. Ludw. d. Exerc. th. 5. lit. D. Eckolt. ad Pand. tit. loc. §. 6.

- 6 (c) Veluti (1.) jus monetæ cudendæ, *Edict. monetat. de anno 1559. §. Ferner als sich auch* etc. in tantum ut contractâ locatione firmiter ex eâ quisquam conveniri nequeat, prout etiam Martinum Gerlach, contra Dn. Wolfgangum Georgium Comitem Stolbergensem in Senatu Appellationum Electorali Saxonico experiri volentem, oppositâ à Dn. Comite exceptione non competentis actionis in termino Martini Anno 1623. repulsam tulisse refert Dn. Carpzov. l. 5. Resp. 18. (2.) Servitus usus §. 1. *Inst. de usu & habitat.* Carpzov. p. 1. dec. 69. Hillig. ad Donell. l. 10. c. 2. lit. C.
- 7 (3.) Res conductoris propria l. 9. §. fin. ff. locati. l. 20. C. eod. Et enim cum proprium sit dominii, posse re sua uti, iniquum foret ejus usus nomine cuiquam tertio à Domino mercedem præstari *Wesemb. in Parat. tit. locat. cond. n. 5.* Quod tamen meritò ad eum casum restringitur, quo dominus plenum jus in re habet; nam rem pignori datam ejus dominum à creditore conducere posse, patet ex l. 37. ff. de pign. act. l. 37. ff. de acquir. vel amitt. possess. conf. Bachov. in not. ad *Wesemb. d. l.* & *Brunnem. ad l. 2. ff. locat. cond.*
- 8 num. 2. (4.) Servitus prædialis seorsim absque prædio; locatio namque fit ad certum tempus, quod naturæ harum servitutum repugnat, l. 4. ff. de servit. Dn. Hahn. ad *Wesemb. tit. loc. cond. n. 5.* Facultatem quidem utendi, servitute semel constitutâ locari posse tradit Bachov. ad *Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 3. lit. A.* Sed verius videtur, seorsim à fundo non posse locari, ne quidem commoditatem servitutis prædialis, præsertim prædii urbani, nisi ubi commodè alteri commoditas concedi possit, citra præjudicium aut damnum domini. *Mozz. de locat. cond. cap. de Reb. n. 2.* *Molina de J. § J. tract. 2. Disp. 489.* *Brunnem. ad l. 44. ff. loc. Add. Eckolè. ad Pand. tit. locat. §. 6. qui l. 44. ff. locati interpretatur de novâ servitute per locationem constituendâ.* Cæteroquin servitutes constitutas locari posse tradit, partim quod precario concedi, l. 3. ff. de precar. l. 15. §. 2. ff. eod. partim, quod commodari possint. l. 1.

§: (15.): §

l. 1. §. 1. ff. commod. quod fortasse tamen nonnisi adhibito priori temperamento procedet. vid. in simili de oppignoratione servitutum Dn. Struv. *Exerc. 36. th. 18. (5.)* Res fungibilis, quia ejus usus in ab usu est, nisi ad pompam & ostentationem petatur, *arg. l. 3. §. ult. ff. Commod. Zæf. ad Pand. tit. locat. cond. n. 12. (6.)* Jus patronatus per se. *cap jure vero. 16. extr. de jure Patronat. (7.)* Deniq; res spirituales, quia esset Simonia. Jung. Dn. Brunnem. *ad l. 44. ff. locati.*

APHOR. VI.

Utraque tam Operarum quam rerum sive personalis ac realis intercedit inter personas, contractum locationis conductionis inire non prohibitas.

Prohibentur autem omnes, qui in genere à contractibus arcentur, v. g. furiosus, qui ne tacite quidem redintegrare locationem potest. *l. 14. ff. locati*; quoniam fictio non habet locum super impossibili; impossibile verò est, furiosum quàm talem finito primæ locationis tempore in reconductionem expresse consentire. Conf. Brunnem. *ad d. l. 14.* Deinde infans. *§. 9. Inst. de inutil. stipul.* Impuberes ut & minores curatorem habentes, sine tutoris vel curatoris autoritate, *pr. Inst. de autor. tut. § cur. l. 13. §. pro pen. ff. de act. empt. l. 13. ff. pro soc. l. 1. §. ult. ff. commod.* Prodigii, quibus bonis interdictum. Vid. Dn. Strauch. *Dissert. 12. aph. 7. junct. aph. 20.* Deinceps quidam in specie ab hoc contractu excluduntur. Sic non possunt locare Doctores, Advocati, Medici, &c. operam suam; eò quod scientiam profiteantur non mercenariam, ac doceant rem sanctissimam pretio nummario non æstimandam, *l. 1. §. 8. § 10. l. 4. ff. de extraord. cognit. jung. Myaf. cent. 3. Observ. 7.*

Contra Tutores curatoresve constituti vetantur ante redditas rationes conducere prædia, quæ sunt de patrimonio Cæsaris, ob majorem pupillorum & minorum securitatem, & ne fiscus cum illis concurrere necesse habeat. Imò contra faciens tutor vel curator crimen falsi committit, suaq; bona hoc ipso duobus in solidum obligat, *l. 49. §. 1. ff. loc. l. unic. C. ne tut. vel curat. vect. cond. ibiq.* Dn. Brunnem. ubi quinque modis hoc assertum limitat. (1.) Si de-
cesse-

cesserit pupillus, utut ejus heredi nondum reddiderit rationes tutor, l. 1. §. 11. ff. ad L. Cornel. de fals. cum hoc privilegium non transmittatur ad heredes pupilli. Paul. Montanus de tutel. cap. 31. eff. 3. n. 16. (2.) Si jure hæreditario in contractum fideicalem successerit tutor, d. l. 1. §. 12. ff. de fals. (3.) Si prius fisco teneatur & postea tutelam susceperit d. l. unic. C. ne tut. vel curat. vectig. cond. quia tutela est munus publicum & facilius est retentio quam acquisitio, l. fin. ff. und. liber. (4.) Si Principis consensum requisiverit d. l. unic. Vel (5.) à civitatibus conduxerit, l. 15. §. 10. ff. de Excusat. tut. ibiq;

6 Cujac. Porro conducere nequeunt milites, scil. ne omissis armorum usu ad opus rurestre se conferant, & vicinis graves presumptione cinguli militaris existant: armis autem non privatis negotiis occupentur sunt verba Imper. Leonis in l. 31. C. de locato, quam renovavit Justinianus in l. ult. C. eod. & Novell. 116. c. 1. Si quis ergo locaverit militi prædium nullâ, is mercede gaudet, nisi militem esse ignoraverit l. 50. ff. locati, Excipit etiam Glossa militem conducentem stabulum pro equis suis vel alia ad militiam facientia, quod sequitur Bocer. cl. 2. disp. 4. n. 49. Ad eundem modum Clericis Interdictum conducere possessiones seculares in Novell. 123. cap. 6. ibiq;

8 Grænew. Denique etiam fabri, viatores & similes, qui artem suam cum strepitu exercent, domum juxta literatorum ædes conducere, ibidemq; artem suam exercere nequeunt, arg. l. un. C. de stud. liber. Carpz. p. 2. Const. 37. def. 23. Colleg. Argentor. ad tit. locat. n. 14. Dn. Lauterbach. ad eund. tit. §. 1. th. 5.

APHOR. VII.

Consistit merces in pecuniâ numeratâ, non in aliâ re fungibili, utut solutio ejus consentienti creditori etiam in hac fieri queat.

- 1 Vexatissima circa mercedem est quæstio: An præcisè in pecuniâ numeratâ, an verò in aliâ quoque re fungibili consistere possit? Ad cujus evolutionem præsupponendum, pecuniam ad eam
- 2 omnino requiri, ut ex l. 1. §. 9. ff. depositi. certissimum evadit. Est tamen pecuniæ vox homonymica; aliquando namque omnes res patrimonio nostro subjectas tam soli, quam mobiles, tam corpora quam jura denotat, juxta l. 222. ff. de V. S. l. 5. §. 2. ff. de pecul. ibi:
- Pecu.

Pecunia sive patrimonium l. 64. §. ult. ff. solut. matrim: aliquando verò res pondere, numero & mensurâ constantes complectitur, l. 30. pr. ff. de leg. 1. l. 2. §. 3. ff. de reb. cred. l. 2. pr. §. 1. C. de constit. pecun: aliquando denique pro solâ pecuniâ numeratâ sumitur, ut in l. 7. §. 3. ff. ad SC. Maced. l. 3. ff. de eo quod certo loc. l. 3. §. 2. §. 3. ff. de contrar. tutel. §. util. act. Coniung. Dn. Rebhan. in Ho- doget. Jur. Chart. 2. clim. 3. §. 4. Bicc. sect. 4. rer. quotid. th. 95.

De primâ pecuniæ acceptione constat, eam huc non spectare; 3 quando enim pro rei usu aut operâ quaecumque corpus non fungibile, sive quoad dominium, sive quoad usum datur, locatio conductio, cujus pars substantialis merces est, non fit, sed contractus innominatus l. 1. §. 9. ff. depositi. §. 2. Inst. de locat. cond. De posterioribus duabus major est dubitatio. Ego secundum verba hujus 4 thesios pecuniam numeratam ad mercedem requiri dico: tum quod pecunia absolutè posita in dubio accipienda veniat infamiori & magis proprio significato, pro pecuniâ numeratâ per d. l. 7. §. 3. ff. ad SCtum Maced tum quod locatio conductio iisdem regulis contineatur, quibus emptio venditio, princ. Inst. de locat. conduct. nisi quid expressè diversum & proprium, cujusmodi in emptione venditione est, ut accedente traditione & fide de pretio habitâ dominium rei in emptorem transeat, l. 8. §. fin. ff. de contrah. empt. §. 41. Inst. de rer. divis. in ea dispositum reperiatur. Jam verò in emptionis venditionis contractu pecuniam numeratam requiri, extra omnem positum est controversiam, §. 2. Inst. de empt. vend. Ergo idem obtinebit in locatione. Facit huc textus non 5 obscurus in l. 5. §. 2. ff. de prescr. verb. ubi hæc ipsâ in re comparatur emptio & locatio. Hinc Imperator Justinian. in §. 2. Inst. de locat. cond. ait: non esse locationem, si pro usu rei vel hominis operâ detur res. Denique accedit ratio, quod merces vel temporarii usus, 6 vel etiam operarum locatarum æstimatio sit, perinde ut in emptione venditione pretium ipsius rei venditæ; extra pecuniam verò res una æstimatio ac pretium alterius non est, etiamsi fungibilis sit, juxt. doctrinam Vinn. ad §. 2. Inst. de locat. conduct. Imò si v. g. pro 7 ædium usu vel hominis operâ mercedem in frumento admittamus aut vino, quid prohibet, quò minus bovem aut equum dare liceat? Dn. Strauch. Diss. 15. aph. 18. in fin. Frantzk. in Comment ad w. tit. loc. conduct. n. 64. §. seqq. Hahn. ad Wesenb. tit. loc. cond. n. 6. §. 7. Christin. vol. 3. decis. 109. n. 12. Mantic. de tacit. §. ambig. convent. lib. 5.

C

lib. 5.

lib. 5. t. 2. n. 25. § 35. Gomez. 2. var. resol. c. 3. n. 3. Molin. de Just.
 8 § Jur. tract. 2. disp. 486. n. 4. § 5. Neq; obstat his omnibus tex-
 tus (quo pene solo moventur non parvo numero dissentientes) in
 l. 21. C. locat. conduct. cum ex illo non protinus sequatur, ab initio
 mercedem constitutam esse in oleo; quin potius probabile est, quod
 constituta primum fuerit merces in pecuniâ numeratâ, solutio au-
 tem ejus in ponderatione olei postmodum facta. Similiter ut & in
 emptione venditione pro pretio pecuniario dari possunt pecora l. 9.
 C. de rescind. vend. Dicit quoque potest oleum certâ ponderatione
 posse dari pro mercede non simpliciter ut oleum, sed certo pretio
 aestimatum, exemplo frumenti aestimato pro mercede dati, in l. 19.
 §. 3. § l. 35. §. 1. ff. locati: ut adeò hæc lex nostræ opinioni non
 contrarietur, sed potius ex legibus pro nostrâ sententiâ adductis
 interpretanda veniat. Confer Dn. Strauch. alleg. Dissert. 15. aph. 18.
 9 Bicc. d. sect. 4. rer. quotid. th. 97. Neutiquam ergò illi ferendi sunt,
 qui propter solam hanc l. 21. distinguunt inter locationem opera-
 rum & rerum, circa illam omnimodò mercedem in numeratâ pe-
 cuniâ exigentes, circa hanc autem subdistinguentes: an res locata
 producat fructus an non? Ut posteriori quidem casu requiratur
 pecunia numerata; priori verò, ubi res locata fructus fert, mer-
 cedis loco possit certa quantitas fructuum constitui, non quidem
 qualiumcunq; , sed ibi natorum. Rationem hujus distinctionis
 hanc reddunt, quod colonus, qui ita pro fructibus conduxit fun-
 dum, similis sit colono partiario, in eo tantùm ab eodem distans,
 quod colonus partiarius certam partem omnium fructuum in fun-
 do natorum v. g. tertiam aut quartam consequatur; conductor
 autem omnes fructus percipiat ac locatori solummodò certum nu-
 merum v. g. trium vel quatuor modiorum frumenti quancunq;
 10 inde nati solvat. Verum enim verò cum ipse colonus partiarius,
 verus colonus non sit, qui jure locationis conductionis, sed potius
 jure quodam societatis lucrum & damnum cum domino partitur,
 l. 25. §. 6. ff. locati. l. 52. §. 2. ff. pro Soc. Dn. Tabor. tract. de Jure
 socid. c. 2. n. 28. c. 4. n. 9. § 11. Dn. Struv. Exerc. 24. thes. 5. facile
 apparet, quàm inconvenienter ad ejus similitudinem alter iste ve-
 rus colonus statuatur; propriè enim colonus dicendus est is, qui
 nummis colit, l. 26. §. 1. ff. de furt. vel quod idem est, qui ad pecu-
 niam numeratam conduxit d. l. 25. §. 6. ff. locat. sive solutionem
 in ipsis nummis præstet, sive loco eorum consentienti locatori cer-
 tam

☉: (19.): ☉

tam ponderationem olei, sive aliud quid offerat, ut in objectâ,
l. 21. C. § l. 19. §. 3. ff. locati. ut § l. 35. §. 1. ff. eod.

APHOR. VIII.

Ad formam mercedis spectat : ut sit I. vera,
non simulata (a) II. certa (b) & III. justa. (c)

(a) arg. l. 46. ff. locat. Quapropter locatio conductio uno
nummo facta, quasi donationis causâ contracta, nullius momenti
est. l. 46. ff. locat. l. 10. de acquir. possess. Frantzk. ad ff. loc. conduct.
n. 61. & Dn. Lauterbach. ad eund. tit. §. 1. th. 11.

(b) Ubi enim non statim certa merces constituitur, sed tan-
tum promittitur, quantum justum erit, vel quantum inter eos
postea convenerit, propriè non est locatio, neque etiam merces,
sed contractus innominatus, §. 1. Inst. de locat. conduct. l. 22. ff. de
prescript. verb. Colleg. Argent. ad tit. locat. th. 2. in fin. Frantzk.
ad eund. tit. n. 73. Certa autem fit, vel determinatione contra-
hentium expressâ, vel evidenti relatione, quæ respicit, vel quanti-
tatem jam determinatam contractu aliorum, seu usu locove, arg.
l. 7. §. 1. l. 37. ff. de contrab. empt. vend. vel arbitrium tertii in specie
expressi, l. fin. C. eod. Vid. Dn. Struv. Syntag. Jur. Civil. Exerc. 23.
th. 18. junctâ Exerc. 24. th. 6. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 29. th. 1.
lit. F. § Disp. preced. th. 6. lit. D.

(c) Seu usui operæve respondens. Quemadmodum verò 4
(verba sunt laudati Dn. Struv. alleg. loc.) in emendo & vendendo
naturaliter concessum est, quod pluri sit minoris emere; quod verò
minoris pluri vendere, & ita se invicem circumscribere; sic in
locationibus quoque & conductionibus circa determinandam mer-
cedem idem juris est; & ideò prætextu minoris pensionis nec do-
lo adversarii, nec læsione ultra dimidium probatâ, locatio rescin-
di nequit, l. 22. §. fin. l. 23. ff. locat. modò vel locator vel condu-
ctor ultra dimidium ejus, quod dedit, vel promisit, læsus non fue-
rit, aliàs ad beneficium, l. 2. C. de rescind. vend. provocare possunt.
Carpzov. p. 2. Const. 34. def. 10. § lib. 5. Resp. 53. Richter. p. 2. de-
cis. 99. n. 41. § seq. Harppr. ad §. fin. Instit. de Empt. vend. num 138.
§ seq. quod ipsum quoque in locatoribus operarum v. g. archi-
tectis, fabris lignariis & similibus admittunt Caroc. de locat. con-
duct.

duct. p. 1. quest. de rescind. locat. 70. n. 2. & Arum. ad l. 2. C. de re-
 6 scind. vend. disp. 3. th. 15. Cæteroquin quænam extra hunc casum
 merces maximè in operarum locatione justa dicatur, tradit Lugo de
 just. & jur. & cum eo Bonacin. de contract. Ego hæc in re consue-
 7 tudinem regionis non minimum ferre punctum, arbitror. In an-
 nuis quidem redditibus, cum Romanorum Pontificum Constitutio-
 nes ad justitiam illorum exigant veri pretii æstimationem, plerisq;
 hoc placuit, pro centum aureis quinque quotannis constituendos
 esse, propterea, quod ea sit justa pensio, quæ viginti annis conficit
 æstimationem fundi, & ea sit justa æstimatio, quæ æquivalet vi-
 ginti annorum pensionibus, arg. Novell. 7. cap. 3. vers. si verò alicu-
 jus. Gl. in auth. perpetua. C. de SS. Eccles. in voc. justa. Castren. ad
 l. 92. de leg. 1. n. 2. Covarruv. lib. 3. var. resol. cap. 9. n. 5. § 7. Gail.
 lib. 2. obs. 5. n. 11. Unde Constitutionibus Imperii illi tantum ad-
 probantur redditus, quando pretio centum respondent quotannis
 quinque, prout habetur in Reformatione guter Policen Ordnung
 de Anno 1548. tit. 17. §. pen. ibi: So sollen mit hundert Gulden
 Hauptgeldes nicht mehr denn fünf Gulden jährlicher Gülten/ wie
 8 gebräuchlich / gekauft werden / &c. Quia tamen in locatione non
 tam ad rei, quam fructuum æstimationem respiciendum est, &
 fructus ut plurimum incerti sunt & variant, vel propter periculum
 hostium, vel ob alium casum ac damna obvenientia; ideòq; justa
 & æqua dicitur merces, quæ fructibus probabiliter percipiendis,
 quantum moraliter fieri potest, absque læsione ultra dimidium cor-
 respondet; cum non nisi ratione usus percepti debeat merces,
 9 Dn. Struv. Exercit. 24. th. 16. Atq; ex hac ratione fluit, quod in-
 terdum res plaris locentur quam valent, interdum minoris, citra
 præsumptionem scil. simulationis. Sic v. gr. quandoque molendini
 in flumine publico ædificati, licet minoris sit pretii, major potest esse
 pensio annua quam palatii majoris pretii, si scil. molendinum istud
 majorem usum præbeat, Cæpoll. in tr. de simul. contr. n. 32. § seqq.

APHOR. IX.

Finis mercedis est, ut operarum atque usus fiat retributio digna.

Correspondens scil. ministerio ac usui concesso, juxta mores ac consuetudines regionum per superius dicta. Sicut enim locatio rerum

rerum propterea instituitur, ut usus earum sine alterius incommodo inter homines communiceretur. Colleg. Argent. ad tit. locat. conduct. th. 16. & alterius indigentiae subveniatur; ita quoque in compensationem praestari debet merces condigna. Eodem modo in locatione operarum solvitur merces, industriae correspondens, cujus institutio praeter alias causas exinde quoque aestimatur; quod alii libenter pro illa mercede operas suas elocare soleant. Licet itaque ad unius vel alterius sustentationem non sufficiat, propterea quod is v. gr. multos habeat liberos, amplioemque familiam; inde tamen non statim habenda est pro injusta, si modo alii inveniuntur, qui pro ista mercede operas suas libenter elocent, ut pluribus demonstrat Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 506. n. 3. & seqq.

APHOR. X.

Effectus partim mercedis exactiorem, partim ejusdem securitatem, partim etiam privilegia, aliaque accessoria concernit. Ad eam namque exigendam competit I. Actio locati (a) & II. Retentio. (b) Ad securitatem spectat III. Tacita hypotheca locatoribus praediorum urbanorum in rebus investis (c) rusticorum vero in fructibus ibidem natis constituta, (d) Privilegia tam de Jure Saxonico (e) quam statutis & consuetudine ferme omnium locorum (f) consistunt IV. in Praelatione (g) ministris seu famulis domesticis (h) quoad concursum creditorum concessa. Tandem sicuti mora commissa, V. Usuram recipit; (i) ita stato tempore soluta VI. locatori possessionem conservat. (k)

C 3

(a) Quæ

- 1 (a) Quæ est civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei. §. 17. § 28. *Inst. de Action. l. 17. C. de locat. & quidem directa.* Zæf. *ad w. d. tit. n. 15.* competens locatori operarum & rerum adversus conductorem, *pr. Inst. de locat. activè & passivè in hæredes transiens. l. 24. § 29. C. eod.* hocq; singulare recipiens, quod quoad mercedem operariorum; imò juxta tradita Dn. Mevii in *Comment. ad Jus Lubec. l. 3. tit. 8. art. 14. n. 14. ut § p. 7. dec. 296.* proposita, ac ex Carpan. in *statut. Mediolan. part. 1. cap. 48. n. 14. § 17.* desumpta, etiam quoad prædiorum mercedem seu pensionem, summarie tractari possit, test. Jacob. Schulthef. *observ. 3. n. 44.* Carpz. *Process. Jur. Saxon. tit. 1. art. 1. num. 51.* Dn. Struv. *Jurispr. Rom. Germ. lib. 4. tit. 14. aph. 2.* Quod Robert. Marantæ in *Specul. part. 4. distinct. 9.* promanasse videtur ex sacris literis, & quidem ex text. Matth. 20. *voca operarios & redde singulis mercedem suam, junctis aliis supra th. 3. lit. A.* allegatis locis, qui mercedem solvendam præcipiunt ante solis occasum. Ex quo fundamento porro fuit, quod nec exceptioni moratorie contra mercedes famulorum locus relictus sit, Rebuff. *ad Const. Regn. Gall. lib. 2. tit. de lit. dilator. art. 1. Gloss. 1. n. 26.* Daniel Moller. *lib. 4. Semestr. 6. n. 2.* ibiq; Reinh. Rota *n. 4.* Præterea de Jure Saxonico in favorem hujusmodi mercedis specialiter introductum est, ut famulus quantitatem illius juramento suo probari possit, dummodo prius de tribus his aliunde constet. Primò: fuisse eundem ministrum: Secundo, de pretio conventum: ac tertio verbotenus saltem conductionem factam, nec desuper instrumentum conscriptum. Carpz. *part. 1. Const. 28. def. 34. § 35.* ab eoque alleg. Hartm. *Pistor. part. 1. § 8. n. 6. § 10.* Cæterum cum etiam mercedis pro re locatâ solutio valde favorabilis sit, ut facile suspendi nequeat, Bald. in *rubr. C. de locat. n. 4.* ideoque pendente super eadem lite provisionaliter fieri solet adjudicatio illius, præstitâ à locatore satisfactione in casum finitæ litis. Imò licet appellatio in ejusdem causâ interposita sit, effectum tamen suspensivum non habet, nisi gravamina tanta appareant, quorum ductu æquum sit retinere interea mercedem. 7 Mev. *d. decis. 296.* Sed antequam hinc abeam, adhuc discutendum erit: Quando merces solvi debeat, ut ad eam consequendam hæc actio locati cum effectu competat? quantum quidem mercedem rerum attinet, in dubio finito usu demum debetur *arg. l. 34. ibi ad id quod minimum est. ff. de R. J. Mantic. d. tract. lib. 5. tit. 6. n. 3. § seq.*

seq. Carpzov. lib. 2. Decis. 136. ante enim locator ipse contractum à sua parte nondum adimplevit, neque suo officio ex parte satisfecit, quod consistit in patientia usus rei, qui cum mercede commutatur, seu in cuius compensationem merces debetur. arg. l. 13. §. 8. ff. de action. empt. Salic. ad l. 3. C. de locat. n. 8. Quod quidem in loca- 8
 tione unius anni facile procedit; quando autem locatio ad plures annos contracta, & pensio in singulos annos distributa est, in fine cujuscunque anni solutio facienda erit, cum tot censeantur esse locationes, quot pensiones. arg. l. 29. §. 140. ff. de V. O. Ante o- 9
 mnia tamen inspiciendum est, quid inter contrahentes conven- rit; & si nihil convenerit, quid mos regionis assignet. Sic olim apud Romanos mercedibus solvendis solennes fuisse Calendas Ju- lias, colligit Cujac. in tract. 8. ad African. ex l. 9. ff. qui potior. in pignor. Vid. Gomez. lib. 2. var. Resol. c. 3. n. 13. Frantzk. ad tit. lo- cat. n. 178. Molin. de Just. §. Jur. tract. 2. disp. 497. n. 1. Dn. Brun- nem. ad l. 30. §. 3. ff. locat. n. 3. In locatione operis itidem deficien- 10
 te speciali conventionem vel regionis consuetudine interest: num merces promissa sit pro toto opere, an verò in singulas mensuras? Priori casu itidem inspiciendum: an illud brevi tempore sumptuq; minori perfici possit; an tractum aliquem temporis notabilem & sumptus majores requirat? Ita ut eo casu, si brevi tempore perfici possit, merces non nisi opere perfecto debeat, quia illud indivi- duum est, & non nisi ubi extrema accessit manus, tale dici potest; unde & Græci ἀποτέλεσμα vocant l. 80. §. 1. ff. ad Leg. Falcid. l. 72. ff. de V. O. l. 5 §. 1. d. V. S. Altero verò æquum est, ut merces per partes successivè interea, dum opus fit, solvatur, imò etiam præ- numeretur, modò artifex de opere perficiendo satis dederit. Conf. Sichard. in l. 2. in fin. C. de locat. Posteriori casu quando ut non- 11
 nunquam fit, merces in singulas mensuras operis constituta est, illa ipsa etiam imperfecto opere pro ratâ facti peti potest, l. 30. §. pen. ff. d. t. Frantzk. cit. loc. n. 188. Dn. Lauterbach. ad ff. tit. loc. §. 3. th. 3. Dn. Brunnem. cit. loc. & Dn. Struv. d. Exerc. 24. th. 21.

(b) Quo jure locatoribus sive mercedis creditoribus plenius 12
 est consultum, quàm petitione; quapropter etiam retentio, per- ceptio dicitur in l. 58. §. acceptis ff. ad S. Ctum Trebell. & in l. 77. pr. ff. de leg. 2. Anton. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 30. def. 2. n. 2. & comperit locatori rerum in omnibus bonis conductoris investis aut illatis in prædium locatum, in quibus secundum mox dicenda simul taci- tam

- tam hypothecam habet, *l. 9. ff. quibus in caus. pign. vel hypoth. tac. l. 34. ff. de damn. infect. Jason in §. item Serviana. 7. n. 80. Inst. de Action. in tantum*, ut si merces conventa termino destinato non solvatur, juxta *Commun. opin. Dd. in l. 2. C. de Jur. Emphyt. & in l. 3. C. de donat.* conductor propriâ auctoritate à locatore expelli illiusq; res in prædium conductum illatæ includi, ac donec solutio fiat, retineri possint, etiamsi de non expellendo pactum adjunctum idq; juramento confirmatum fuerit. *Hypol. Sing. 42. Costal.*
- 13 *in l. 56 ff. locat.* cum promissio hæc de non expellendo conductore sit intelligenda: si iste in solutione mercedis non cessaverit; perinde ut tacitè plura in conventionibus subintelliguntur, v. g. in promissione de non offendendo, nisi causam offensionis alter dederit, arg. *l. 132. ff. de V. O. it. in promissione non impugnandi arbitrium: nisi injustè arbitratus quis fuerit, l. 30. ff. de oper. libert. Gothofr. ad l. 54. §. 1. ff. locat. lit. E.*
- 14 Verum hæc assertio *Imolæ in l. 10. §. 1. ff. de Publican. Nevizan. Consil. 91. n. 52. & aliis* haud immerito displicet; tum quia leges à propriâ sibi jus dicendi potestate abhorrent, illamq; gravibus pœnis prohibent *l. t. C. ne quis in sua caus. jud. l. 13. ff. quod met. caus. l. 176. ff. de R. J.* tum quia nec creditor absque judicis auctoritate possessionem rei oppignoratæ ingredi potest, licet ex lege conventionis ipsi hæc potestas facta sit, *l. 3. C. de pignor.* tum etiam, quia ex hujusmodi expulsionione, præsertim si conductor ingredienti locatori se manu armatâ opponat, rixæ, corporis, vitæq; pericula & magna scandala oriuntur, quæ omnia jura detestantur, *l. 13. §. 3. ff. de usufr.*
- 15 *Conf. Fachin. lib. 1. Contr. cap. 95.* Proinde ipse *Colerus & Valasc.* aliiq; dissentientes consultius esse ducunt, si dominus ac locator mediante auctoritate judiciali per illius officiales conductorem morosum expellat, & retentionis causâ includurus res illatas, adductis secum ultra judicis ministros, Notario & testibus inventa annotari & in inventarium redigi faciat, arg. *d. l. 56. b. t. Add Carpz. Part. 2. Const. 25. def. 20.* Nec movet, quod leges allegatæ aliæve mentionem faciant expulsionis locatori concessæ; quia inde non statim
- 16 sequitur, illam fieri posse propriâ auctoritate. Et hæc de retentione mercedis realis. Non minùs etiam omnibus illis jus retentionis competit, quorum operâ quis utitur. Sic scriptor pro mercede librum retinere potest, *Molignat. de Jure retent. q. 107.* Sartores quoque, sutores, aliiq; opifices in rebus elaboratis, etiamsi materia

teria

§: (25.): §

teria earum sit aliena, hoc jure utuntur, Bald. in *l. ult. n. 1. C. Commodat.* Coler. *de Process. execut. p. 1. c. 2. n. 245.* Molignat. *d. tr. q. 43. § 240.* Nec non aurigæ & tabularii in rebus advectis & apportatis, Bald. *d. l.* & Coler. *ibid. n. 21.* Similiter competit ancillis & 17 famulis jus aliquod retentionis in ædibus domini pro mercede, dum nempe ante ejus solutionem inde excedere aut victum deserre non coguntur, Carpz. *part. 2. Const. 25. def. 22. n. 7.* Eodem modo fabro, pro equi curatione, cauponi, stabulario & domino hospitii pro pretio hospitationis diurnæ vel nocturnæ, retentio datur. Coler. *alleg. loc. num. 249. § seq.* Negulant. *in tract. de pign. punct. 2. membr. 4. num. 138.*

(c) *L. 2. 3. 4. § seqq. ff. in quib. caus. pignor. vel hypoth. tacit. 18*
contrab. Add. Fürstl. Magdeburg. Process. Ordnung cap. 50. class. 3.
 §. Was ein Pächter oder Mietmann etc. quod lex propter præsumptam hominis voluntatem introduxit. Ut autem hoc jus taciti pignoris locum habeat, requiritur (1.) ut res actualiter & reverà sint illatæ vel invectæ, non verò invehendæ adhuc aut inferendæ. *l. 15. §. 2. ff. qui potior. in pignor. tacit. contrab. num. 1.* Perez. *in C. d. t. num. 4.* Hinc licet expressè convenerit, ut inducta & illata pignori sint obligata, si tamen antequam ipso facto inducantur, alii hypothecæ obligentur, tunc ille, cui res prius sunt obligatæ, potior est in pignore, *d. l. 11. §. 2. & Perez. d. l. (1.)* ut eo animo sint 19 illatæ, ut perpetuò h. e. usque dum finita sit locatio, ibi permaneant. *l. 7. §. 1. ff. in quib. caus. pignor. vel hypothec. tac. contr. l. 32. ff. de pign. § hypothec.* Hahn. *d. l. Zæf. eod. tit. num. 3.* Quod si ergò temporis ultimæ gratiâ, res alii loco destinatas propter usum necessarium vel voluptuarium inquilinus in ædes conductas inferat, easq; usu finito in locum pristinum reportare cogitet, tunc tacitæ hypothecæ obligatæ non censentur *dd. ll. arg. l. 35. §. 3. ff. de hered. Inst. Frantzk. ad Pand. tit. in quib. caus. pignor. tac. contr. num. 6.* Perez. *in Cod. d. t. num. 4. in fin.* Quæ ipsa requisita per locatorem 20 probanda sunt. Vid. Negulant. *part. 2. m. 4. n. 150.* Illis autem probatis, etiam ante præclusionem sive arrestationem à locatore factam, res illatæ pignoris nexu sunt constructæ, ut ab obligatione pignoris per alienationem conductoris minimè eximi, sed locator earum causâ actione quasi Servianâ adversus quemcunque possessorem, præcedente tamen excussione debitoris principalis *in Nov. 4. c. 2. præscriptâ,* experiri queat, cum res pignorata semper cum

D

suâ

- suâ causâ & nexu transeat, l. 15. C. de pignor. l. 2. C. de distrab. pign. Frantzk. d. t. n. 8. Harpp. ad Inst. tit. quib. mod. re contr. oblig. §. 4.
- 21 n. 29. § 30. Non obstante l. 9. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrab. in illâ enim favore libertatis, singulare quid constitutum est, ex quo colligitur jus commune in aliis esse contrarium. Vid.
- 22 Frantzk. & Harpp. d. l. Atque hoc adeò verum est, ut etiam in tacitâ reconductione, utpote quæ qualitatibus locationi ab initio adjectis, gaudere quoque censetur, tacita hypotheca duret, arg. l. 13. §. fin. ff. l. 16. C. locat. Brunnem. ad d. §. fin. l. 13. n. 11. Merlin. tract. de pign. § hypothec. lib. 3. tit. 1. quæst. 39. n. 4. ibiq; Dd. al-
- 23 legati. Imò secundum veritatem juris hæc obligatio quoque ad illata secundi conductoris, qui partem aliquam domus à primo conductore subduxit, pro quantitate mercedis debitæ extenditur per l. 11. §. 5. ff. de pignor. act. Harpp. d. l. n. 14. § seqq. § in tit. de action. ad §. 7. n. 13. § seqq. ubi n. 16. hanc sententiam frequentiore esse dicit. Mantie. de tacit. § ambig. convent. lib. 11. tit. 15. n. 4. § seqq. Bachov. in tract. de pign. lib. 1. cap. 11. n. 6. Brunnem.
- 24 ad l. 24. §. 1. n. 6. ff. locat. Neque obstat dicta lex 24. §. 1. quia JCtus Paulus non de ædibus & prædio urbano, sed de fundo adeòq; prædio rustico agit, in quo ratione investorum diversum quid obtinet, ita ut locatori, nisi per specialem & expressam conventionem, non obligentur l. 4. pr. l. 7. pr. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. Quando igitur locator cum colono pactus fuit, ut res in fundum inductæ, pignori essent obnoxia, hæc pactio bona secundi conductoris, cum quo locator expressè nihil tale pepigit, obligare non potest, pacta enim res & personas contrahentium egredi non so-
- 25 lent. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. Priusquam autem hinc digrediar, quærere lubet: an res à minore sine curatoris consensu in prædium urbanum illata, pro pensione pignori teneantur? Circa hanc quæstionem valdè discrepant inter se Dd. Affirmant eandem Baldus in l. un. §. ut plenius. 1. C. de rei uxor. act. ubi hanc sententiam communem esse dicit, ut & Jason. ad §. 7. Inst. de act. n. 57. Negus. p. 2. m. 4. n. 154. Bocer. cl. 2. D. 12. th. 55. Harpp. ad d. §. 4. n. 36. C. J. A. ad tit. in quib. caus. pign. tac. contr. n. 2. in fin. Wissenb. ad w. Disp. 39. n. 18. Negant Accursius, Bartolus, Salicetus & alii ad l. 4. ff. de pact. quos sequitur Vinnius tract. de pact. c. 12. n. 8. Bachov. de pign. lib. 1. c. 11. n. 2. Zoef. ad w. tit. in quib. caus. pign. tac. contr. n. 3. Distingunt quidem Cynus & Sichardus in l. 5. C. de locat.

cat. Mihi autem negantium arridet sententia, quoniam hypothe- 26
ca, de qua hinc agitur, non ab ipsa lege immediatè constituitur;
sed mediante hominis facto, illatione scilicet, ex qua lex tacitam
conventionem præsumit. Cum verò minor sine curatoris consensu
& jure novo in certis rebus sine decreto Prætoris & concurrente
causæ necessitate ejusq; diligenti cognitione potestatem sese obli-
gandi non habeat, l. f. § t. t. C. de reb. alien. non alienand. t. t. C. de
præd. minor. atque is demum tacitè suo proprio facto sese vel res
suas obligare possit, qui expressè hoc efficere potest, arg. l. 3. de R. J.
ibiq; Sand. arg. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest. ideòq; res à minore di-
cto modo illatas, pignori non teneri, juri magis consonum cen-
sendum est. Quoad suppellectilem quoque librariam studio- 27
rum, de qua non minùs discrepant Dd. an legem taciti pignoris se-
quatur nec ne. In negativam descendo cum Bachov. ad Treutl.
vol. 2. disp. 1. th. 4. lit. b. sententiam; quamvis Vinnius de pact.
c. 12. n. 9. contrarium in omnibus ferè Academiis hodie observari
tradat; quod Colerus de Process. execut. p. 2. c. 3. num. 147. § seqq.
tum demùm admittit, si alia bona deficient, & omnis cesset volu-
lutio. Vid. Richter. in tr. ad auth. Habita. C. ne fil. pro patr. part. 3.
membr. 2. n. 3. Præterea quoad merces etiam, à mercatore in ta- 28
bernâ conductam illatas, notandum, quod quidem ut plurimùm
eo animo non inferantur, ut in individuo perpetuò ibidem sint:
quia tamen in genere quoad Universitatem scil. & massam ibidem
permanent; propterea omnes, quæ tempore pensionis solvendæ
in universitate reperiuntur, tacitè pignori obligatæ censentur. l. 34.
pr. ff. de pign. § hypoth. Hahn. ad Wesenbec. tit. in quib. caus. tac.
pign. contr. Zoef. ad w. d. t. n. 4. Schneidew. in Comment. ad Inst.
tit. de act. §. 7. n. 39. Pecuniam quæ est destinata ad quotidianum 29
usum & necessitatem, ut & nomina debitorum communiter Dd.
ab hac hypothecâ eximunt. Salicet. in l. 5. C. de locat. Negus. dict.
m. 4. n. 153. Schneidew. d. l. n. 38. § 40. ubi tamen præcedente n. 39.
in fin. Zafii sententiam tanquam æquiorè quoad nomina debito-
rum amplectitur.

(d) l. 7. pr. ff. in quib. caus. pign. tacit. contr. qui tantundem 30
præstare possunt, quantum illata & invec̄ta; unde nec necessarium
fuit simile quippiam, ut in illatis in prædium urbanum, lege intro-
ducere, sed quia fructus nati sufficientem præstant securitatem,
ulterior affecuratio etiam circa illata diligentis patrisfamiliâs pro-

- visioni relicta est, ut non adeò convenienter Gothofr. *ad dict. l. 7.* statuat, discrepantiam hanc inter prædia urbana & rustica juri moribus introducto magis adscribendam, quàm ullâ ratione constitu-
- 31 tam esse. Statuunt aliàs Dd. communiter, res quoq; in prædium rusticum, sciente tamen locatore, in vectas, perinde pignori obligatas esse, atqve illæ, quæ in prædium urbanum sive sciente sive ignorante locatore inferuntur, per *l. 5. C. locat.* Verùm ab hac ipsâ sententiâ multi recedunt, qui scientiam Domini in prædiis rusticis ad constituendam hypothecam nihil efficere asserunt, Bachov. *de pign. l. 1. c. 11. n. 4.* Frantzk. *ad w. tit. in quib. caus. pign. tacit. contrab. n. 5.* Zoef. *d. t. n. 2.* Dn. Struv. *Exercit. 26. th. 16.* Dn. Eckolt. *ad Pand. tit. in quib. caus. pign. vel hypothec. §. 3. sub fin.* Posterior quidem sententia legibus conformior esse videtur, priorem tamen Praxis recepit, teste Dn. Mev. *part. 4. decis. 127.* cui adstipulatur Brunnem. *ad d. l. 7. n. 4.* Cæterum quoniam fructus in fundo conducto nati, tacito pignori pro mercede obligati sunt, locator prohibere potest conductorem, ne fructus tam naturales, quàm industriales ante pensionis exsolutionem exportet aut vendat. Menoch *remed. 3. adipisc. poss. n. 116. §. seq.*
- 33 (e) Landrecht/ lib. 1. art. 22. ibi: Von dem Erbe soll man erstlich dem Gesinde geben ihren Lohn / so viel ihnen gebühret / bis an den Tag / da ihr Herr starb. Jung. *Const. Augusti Elector. Saxon. p. 1. Constit. 28.* Hartm. Pistor. *l. 1. quest. 8. n. 1.* Wesenbec. *in Parat. de privil. cred n. 5.* & Johan. Koeppen. *Decis. 28. n. 13.* Carpzov. *dict. Const. 28. def. 24.*
- 34 (f) Testantibus Mejero, *in Colleg. Argentor. tit. de reb. autor. Jud. poss. th. 32. n. 21.* & Mevio. *in Comment. ad Jus Lübecens. lib. 3. tit. 1. art. 11.* ubi adstipulantes refert Constitut. March. Brandenb. tit. Von Erbfällen. Preussisch Landrecht. *lib. 1. tit. 49. §. 1. in fin.* Recess. Pomeran. Wolinent. *de Anno 1569. d. 24. Maji promulgatum,* Statuta Francofurtensia *p. 1. t. 49. §.* Zum ersten / 2c. Hamburgensi *part. 2. tit. 5.* & tandem Beutherum *lib. 2. de Prælat. creditor. cap. 11. verb.* Das wird heutiges Tages / 2c. qui ad universalem totius Germaniæ consuetudinem provocat. Add. die Fürstl. Magdeburg. Proceß-Ordnung / Cap. Wie die Gläubiger ihrer Schulden halber nacheinander bezahlet werden sollen / 50. Class. 1. §. Hiernechst / 2c. Secuti sunt hi Legislatores Jus divinum jam *Aphor. 3. allegatum,* & *Canonicum in c. quoniam. 12. distinct. 88.*

cap. non sine. 14. quest. 5. Conf. Dn. Fritschii supplementum Speid-
lio-Besoldian. in voc. Dienstlohn.

(g) Dum famulitia merces sive unius sive plurium annorum 35
in primâ distributionis classe etiam ante impensas funebres exsol-
venda venit, Carpzov. *diff. Const. 28. def. 24.* Fürstl. Magdeburg.
Proceß-Ordnung alleg. loc æqvissimum quippe est ministros do-
mesticos operarum suarum (quibus tota debitoris familia ejusq;
bona ; unde postea aliis creditoribus satisfieri debet , conservatæ
sunt) eff. ctu atqve commodis in receptione mercedis præ aliis o-
mnibus frui. Amittunt autem hoc privilegium ministri, si mer- 36
cedis nomine tanquam creditæ pecuniæ usuras acceperint ; quia
hoc modo merces in pecuniam mutuò sub usuris elocatam , trans-
mutata censetur, non alio jure , quàm simplex mutuum gaudens,
Carpz. *d. l. def. 33.* Quod ipsum etiam disertè invenire licet in mo-
do *all. loc.* Der Fürstl. Magdeburg. Proceß-Ordnung / *his verbis*
formalibus : Wann aber ein oder die andere unter diesen Personen
ihr Jahrlohn dem Hausherrn auf gewisse Zeit um Zins gestundet/
hat sie sich dieses Privilegii nicht zu erfreuen ; sondern sie wird unter
die Chirographarien gerechnet / wo nicht andere Versicherungen
darzu kommen / etc. Quod de privilegio mercedis famulorum di- 37
ctum ; id ipsum quoque extendit Dn. Carpzov. ad mercedem pro
colendo agro debitam. *d. l. def. 37.* Conf. Dn. Struv. *Exercit. 44.*
th. 47. n. 2. & Dn. Richter. *de Jur. Et privil. credit. c. 2. membr. 3.*

(h) Sive sint conducti ad dirigendam familiam , sive ad scri. 38
bendum, sive ad famulandum in coquina, mensa, camera, stabulo,
agro, horto &c. veluti die Verwalter / Schreiber / Hausknechte/
Laqvejen / Kutscher / Stallknechte / Dröschler / Köche / Ammen/
Cammer- Hof- Haus- Viehe- und Folge- Mägde. Vid. Fürstl.
Magdeburg. Proceß-Ordnung *d. l.* Quoad salarium promissum 39
his accedunt Pædagogi & Actuarii Judicii, Carpzov. *d. Const. 28.*
def. 26. § 29. omniumq; horum hæredes, per *l. 69. ff. de R. J.*
Richter. *d. cap. 2. membr. 3. n. 13.* Ita tamen ut quando famulus
ante tempus finiti servitii decesserit, ejus heredes mercedem tan-
tùm pro ratâ temporis, quo servitia præstitit, exigere possint, Co-
ler. *decis. 201. n. 14.* Aliud obtinet in hæredibus Advocati defuncti,
quibus totius anni salarium Advocato promissum, solvendum est.
l. 38. pr. § 1. ff. locati. l. 15. §. 1. C. de Advocat. divers. judicior. l. 3.
§. ult. l. 5. §. ult. C. de Advoc. div. judic. Gail. *lib. 1. observ. 44. n. 12.*

- Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 3. lit. K. K. K. Addere tamen placeat Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 8. th. 3. lit. C. & Brunnem. ad l. 38. §. ult. ff. locat. Ut autem hoc privilegio fruantur ministri, requiritur, ut certo salario conducti, & in ædibus atque convictu debitoris commorati fuerint. Ex quo ipso patescit, ad opifices, quales sunt sutores, sartores, pistores, lanii, pelliones, aurifabri, scriniarii & alii, sive præter operas suas materiam adhuc suppeditent, sive operas saltem suas impendant, hanc prærogativam non pertinere; quare & inter nudos chirographarios creditores referuntur à Carpz. d. Const. 28. def. 27. Eò collimat die Fürstl. Maadeburg. Process-Ordnung. d. l. verb: Dabey auch dieses zu wissen / daß andere Hand-Werker und Arbeits-Leute / so nicht stetig an des Schuldners Brod gewesen / an diesem Vorzugs-Recht keinen Theil haben / sondern unter die gemeinen Chirographarien zu rechnen seyn.
- 42 Quod si verò unus vel alter ex his opificibus certâ mercede conductus, in ædibus atque convictu debitoris vivat vel vixerit, (non enim ad obtinendum hoc prælationis jus requirimus, ut famulus eo tempore, quo debitor mortuus aut concursus motus est, adhuc in domo ipsius constitutus sit) illum etiam inter domesticos ministros ex identitate rationis referendum esse, censeo, prout etiam Facultas Juridica Lipsiensis in specie de sartore, quo debitor domo sua usus est, pronunciavit apud Richter. d. l. n. 12. Eodem modo factoribus, de menta domini dependentibus ipsiq; pro certo salario servantibus, hoc privilegium tribuit Mev. in Comment. ad Jus Lubec. d. l. n. 70. Ad salaria Advocatorum, Procuratorum, Notariorum & Nunciorum hæc prærogativa quidem non spectat, ut satis evincunt præsupposita requisita: attamen summa Reipubl. cum familiâ similitudo suadet, ut consiliariis & officialibus principum, nec non ministris civitatum, qui non aliter serviunt reipubl. quàm famuli domino, sicq; in publicâ quasi familiâ reipubl. cui obstricti sunt, vivunt, eadem tribuatur stipendiorum prærogativa
- 46 Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 11. n. 71. Perinde ut stipendiis Professorum & Studiosorum prælationem tribuit Bolognet. in
- 47 Auth. Habita. n. 29 C. ne fil pro patr. Cæterum nihil refert, quales sint famuli domestici; quapropter & liberi, si ipsis promissa sit merces, dum operas familiares & quotidianas parentibus præstant, eadem hæc prærogativâ gaudent. Carpzov. de Const. 28. def. 32. Præterea Mev. d. l. n. 73. § seqq. nihil interesse putat: an annua sit pensio,

fio, an verò ad statos dies, aut pro certis saltim operis definita. It. an quovis die operæ in anno præstitæ sint: an uno vel altero saltem: ut & an famulus omni tempore in ædibus domini moretur: an per tempus operarum saltem. Quæ tamen in Archi-Episcopatu 49 Magdeburgensi juxta citatam sanctionem der Fürstl. Magdeburg. Proceß. Ordn. d. l. ubi habentur verb: Die stetigs (continue) des Herrn Brod genieffen / x. non procedunt.

(i) Per l. 32. §. 2. de usur. l. 54. ff. locat. § l. 17. C. eod. Petr. 50 Gregor. Tholosan. Synt. Jur. Univers. lib. 27. cap. 3. n. 8. Et ita à Jctis Salanis anno 1642. responsum fuisse, testatur Richter. d. tract. de privileg. credit. cap. 2. membr. 3. n. 6.

(k) Etiam si colonus vendiderit rem conductam alii & tradi- 51 derit, sed rursus eandem conduxerit ab emptore & utriqve locatori mercedes præstiterit, quia hac præstatione possessionem prior retinet locator. l. 32. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. imò solus possidet, non posterior emptor; cum enim perleveraverit, priori præstare mercedem, colonus non recessit à contractu cum priore locatore celebrato, nec possessionem illius intervertit, quod tamen factum esset nulla soluta pensione. Dn. Struv. Synt. J. C. Exercit. 42. th. 35.

APHOR. XI.

Junguntur mercedi arrha (a) & munera. (b)

(a) Nostratibus Hassfgeld / Dingpfennig / Hasspfennig / Mietpfennig / Gottesgröschchen dicta, & præstatur à locatore in argumentum & probationem locationis conductionis celebratæ. Hinc & nummi bibales & sanctus denarius, uti aliàs vocatur der Gottes-Pfennig / pœnitentiam excludunt, Bibales enim dantur, ut, qui præsentis sunt, recordari queant, contractum fuisse perfectum. Sanctus quoque denarius est nota contractûs, consensu celebrati. Dn. Hahn. ad Wesemb. de contrah. empt. vend n. 9. Neutiquam tamen secundum observantiam nostrorum temporum 2 in partem mercedis personalis sive operarum computatur. Cum 3 verò à ministris hucusque quantitas arrhæ nimium extensa sit; ideoq; multis in locis determinata est, uti patet aus der Fürstl. Magdeburg. Bauer, Gesind, Handwercker, und erneuerte Schäfser-Ordnung / ubi membr. 11. hæc inveniuntur: Dieweil das Gesinde

finde den Mietpfennig oder Gottesgroschen von Zeit zu Zeit gesteigert/und ein grosser Mißbrauch daraus entstanden; so soll hinfüro einem Hofmeister oder Voigte mehr nicht als 4. Gr. Schirzmeister 2. Gr. und einem Encken / Viehemagd und Kühehirten 1. Gr. gegeben werden.

- 4 (b) Quæ aut à domino sive locatore statis plerumque anni temporibus præstantur v. g. zum heiligen Christ / it. zum Jahres Marckte: aut à tertio, cui jussu domini inserviunt ministri. Et hæc posteriora appellitantur aliàs bibalia, Germ. Franckgeld.

APHOR. XII.

Affinia sunt stipendium, salarium, honorarium, didactrum, inthronisticum seu cathedra-
draticum, legativum, viaticum, proxone-
ticum, interpretativum, nutricium, spor-
tulæ, canon, census & similia. (a)

- (a) De quibus omnibus Vid. Gothofredum in *Notis ad Imper. Justiniani Edict. 13. c. 7.* cum Lexicographis. Add. Cont. 1. Disp. 14.

APHOR. XIII. & ultimus.

Contrariantur mercedi: I. Remedium l. 2. C. de
rescind. vend. (a) II. Remissio, quæ non so-
lùm propter implementum locatoris dolo &
culpâ latâ leviq; impeditum. (b) Sed etiam
ob casus fortuitos insolitosvé (c) à conducto-
re non susceptos, (d) qui forinsecus (e) sine
conductoris culpâ (f) in fructibus nondum
perceptis, quandoque etiam nondum excus-
sis contingunt (g) atq; damnum plusquam
tole-

tolerabile inferunt (b) facienda est. (i) Et III. Compensatio. (k)

(a) Illud quippe non modo in Emptione venditione; sed & i
 quolibet alio contractu, ex cuius naturâ alter dat, alter accipit; sic
 quæ etiam in locatione conductione ac mercede per eandem con-
 stitutâ, locum habet, arg. *pr. Inst. de locat. cond. l. 2. pr. ff. eod. junct.*
l. 32. pr. ff. ad L. Aquil. & eorum, quæ superius tradita sunt. Pinell.
ad d. l. 2. p. 1. c. 3. Dn. Lauterbach. ad tit. de rescind. empt. vend. §. 1.
th. 18. Et quidem in hac nostrâ materiâ tum conductori competit,
 quando locator plus duplo justæ mercedis non minus pro operis ac
 rebus accipit: ex adverso locator eo fruitur, si ne dimidiam par-
 tem ejusdem nanciscatur, Conf. Dn. Struv. *Synt. J. C. Exerc. 23.*
th. 93. Dn. Strauch. Dissert. 15. aph. 17. Zœf. ad Pand. tit. de rescind.
vend. num. 18. §. 21. Arum. ad l. 2. de rescind. vend. Disp. 3. th. 15. in
fin. Carpz. p. 2. Const. 34. lib. 5. Respons. 53. Richter. p. 2. decis. 99.
num. 41. §. seqq.

(b) Imò hoc casu locator conductori præter remissionem 2
 mercedis ejusq; restitutionem, si forsan prænumerata sit, ad omne
 interesse tenetur, ut ex *l. 7. 8. 9. ff. locat. probat Dn. Strauch. d. Diss.*
aph. 21. Dolum autem & culpam committere dicitur rerum loca- 3
 tor, quando rem locatam conductori planè non tradit; vel tradit
 quidem, sed ad usum destinatum inhabilem; quod fit, si v. g. ædes
 non reficiat, ostia & fenestras corruptas non restituat, *d. l. 7. 8. 9.*
add. l. 15. pr. §. 1. l. 25. §. 2. ff. eod. vel etiam conductorem in rei
 locatæ usu ipse sine justâ causâ impediatur, aut dum potest alium im-
 pedientem non prohibeat. *d. l. 15. §. 8. l. 25. §. 1. it. l. 30. pr. §. l. 33. in*
fin. ff. eod. Add. Mejer. in Colleg. Argent. tit. locat. cond. thes. 28. per
 tot. Idem obtinet in locatoribus operarum, arg. *d. l. 15. §. 6. Sic* 4
 famulis ante tempus aufugientibus, ne quidem pro ratâ temporis,
 quò servierunt, merces debetur, imò soluta ab iis, condici & repeti
 potest, *Coler. decis. 201. n. 13. Præterea famuli & ancillæ ad resar-* 5
 ciendum damnum, quod domini ex fuga ipsorum sentiunt, obstri-
 cti sunt. *Moller. lib. 2. Semestr. cap. 17. Vid. Struv. d. Exerc. 24.*
thes. 20. §. seqq.

(c) Inter quos hæcenus nullum agnosco discrimen. Vid. Dn. 6
 Struv. *d. Exerc. 24. th. 17. Carpz. part. 2. Const. 37. def. 17. v. g. si quis*
 prædiis uti, impeditus fuerit incendio, chasmate, fundi publicatione,

E steri-

sterilitate, craculorum multitudine, vermibus, belli, pestis aut spe-
 7 strorum timore, &c. *d. l. 9. §. 1. l. 15. §. 2. § 7. eod.* Ad hoc impe-
 dimentum casuale, quoad exonerationem mercedis etiam refertur,
 quod oritur ex facto tertii, quem locator, ne illud faciat, prohibere
 non potest. *l. 33. in fin. § l. 35. pr. ff. locati.* Nec refert, utrum tertius
 ille sit inimicus locatoris, & ejus odio usum impedierit, nec ne, Ba-
 chov. ad Wesenb. *d. t. n. 15. in fin.* modò locatoris dolus vel culpa
 casum vel factum illud non præcesserit; aliàs enim ad interesse quo-
 que tenetur, arg. *l. 9. pr. § §. 1. ibi: Sed si quasi fundi dominus l. 19.*
§. 1. ff. locati.

8 (d) Nam si hos in se recepit, tunc ad totius mercedis præsta-
 tionem obligatus est. *l. 9. §. 2. ff. eod.* etiam si in conventionem super
 receptione hæc factâ, non singuli casus nominatim sint expressi,
 cum suscepto periculo omni aut casibus fortuitis in genere expres-
 sis, omnes quoque species sint expressæ. *d. l. 9. §. 2. § l. 7. §. 15. ff. de*
 9 *pacit. Conf. Dn. Struv. d. thes. Si modo verosimiliter paciscentes*
de insolitis cogitaverint, aut non sint rarissimi & insolitissimi, ut
nec in genere nec in specie de iis cogitare potuerint. Carpz. dict. l.
Brunnem. ad l. 9. ff. locat. n. 15. Conf. Dn. Mev. Consult. de Pensio-
 10 *nar. quest. 1. §. Es wäre dann / daß vermittelt ausdrücklicher Con-*
vention. Cæterum casus fortuitus etiam tunc receptus censetur, si
eo tempore, quo contrahitur, causa mercedem impediens, v. gr.
belli vel pestis calamitas, sterilitas, &c. præsens fuit, aut illam fu-
turam conductor scivit, arg. d. l. 9. §. 1. ibiq; Dn. Brunnem. n. 12.
§ l. 13. §. 3. ff. de damn. infect. Gail. 2. obs. 23. n. 6. Boss. prax. crim.
 11 *tit. de remiss. merced. n. 84. § seq. Eòdem modò non fit mercedis*
remissio, si talismodi impedimentum non emergat ex personâ lo-
catoris vel occasione rei locatæ, sed ex personâ conductoris, licet
citra ejus culpam, ut si re conductâ uti morbo impediatur, Pantic-
man. 1. q. 13. n. 7. § seq. Bonacin. de contr. disp. 3. q. 7. punct. 3. n. 6. § 7.
vel ab inimicis suis turbetur, Mev. d. Consult. quest. 1. §. Wenn aus
Haß / Abgunst uñ Feindseligkeit wider den Conductorem. 204. § seq.

12 (e) Seu qui oritur per vitium vel casum externum, *d. l. 15. §. 2.*
Frantz. tit. de locat. num. 96. § 98. quando autem sterilitas & da-
 mnum contingit vitio ipsius rei, & oritur ex ipsâ re & ejus debili-
 tate directâ atque intrinsecâ qualitate: veluti si fundus per se sit ste-
 rilis, saxosus, frigidus, sabulosus, aut vinum acetosum ferat, aut
 res ob vetustatem minus sit fructuosa, aut herbis segetes corrup-
 pantur,

pantur , nulla impetrabitur mercedis remissio , sed damnum hoc pertinet ad colonum , qui sibi imputare debet, quod tales res conduxerit *d. l. 15. §. 2. ibi: Si qua tamen.* Inde etiam emergit, quod 13 conductor ob grandines, mercedis remissionem petere haud possit, si illæ in loco quodam, uti de Lombardia traditur, sint consuetæ, arg. *d. l. 9. §. 1.* Vid, Dn. Brunnem. *ad l. 15. ff. locat. n. 10.* Molin. *de J. & J. tract. 2. disp. 495. n. 12.* Ob eandem rationem nec inundatio iusta censetur remissionis causa, si prædium locatum ita sit aquis subjectum atq; in inferiore parte situm, ut facillimè & sæpissimè inundatio noceat. Pantschm. *d. l. 1. q. 5. n. 6.* Et hoc assertum 14 in tantum nonnulli extendunt Dd. ut propter hanc causam remissionem pensionis conductor petere nequeat, etiamsi damnum intolerabile sit, aut omnes fructus extincti fuerint. *l. 15. §. 2. ff. locat.* Frantzk. *ad tit. locat. n. 98.* Dn. Lauterbach. *ad eund. tit. §. 2. th. 9. sub fin.* A quibus tamen alii dissentiunt, qui & in casu, si intrinsicum vitium omnes fruges absumserit, ut segetem non recuperaret colonus, damnum non solum esse asserunt. Vid. Pinell. *ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. c. 3. n. 23.* Dn. Struv. *Exerc. 24. thes. 16.* Quæ posterior sententia, præsertim si læsio enormis accedit, Dn. Brunnem. *ad l. 15. ff. locat. n. 6.* haud iniqua videtur. *add. c. 3. extra. de locat. conduct.*

(f) Quod si enim negligentia vel culpa conductoris concurrat aut præcedat casum, remissio peti nequit, *d. c. 3. extr. de loc. conduct. l. 15. §. 2. ibi: Cui resisti non potest. l. 25. §. 3. ff. eod.* Dn. Struv. *d. Exerc. 24. th. 27.* Mev. *d. Consult. q. 1. §.* Wie auch vord Sechste. 246. Molin. *de Just. & Jur. d. disp. 495. n. 13.* Quapropter si stagnantibus in agro aquis sulcos non fecerit conductor, quibus aquam deduceret, si per calamitatem quandam semine corrupto agrum, dum adhuc tempus est sementem faciendi, de novo conseruerit, mercedis exonerationem impetrare nequit. Tuld. *ad C. tit. de locat. n. 5.* Idem obtinebit, si operæ rusticæ intempestivè, aut non debito modo adhibitæ fuerint, arg. *l. 25. §. 3. ff. locat.* aut conductor vano timore & rumore incursum hostium, pestis, spectrorum, &c. rem locatam aut non coluerit, aut planè deseruerit, *l. 27. §. 1. ff. locat.* Mev. *sepe alleg. Consult. §.* Weil eben solches officio boni patrisfamilias. 255. Quod in tantum verum est, ut sterilitate quoque aliave 17 calamitate interveniente, propter neglectam tamen culturam, remissionem petere nequeat, *dict. l. 15. §. 3. ibi: Si prædium coluisti.*

E 2 & arg.

& arg. l. 25. §. 3. ff. eodem. Valasc. de Jur. Emphyteut. quest. 27. num. 42.

- 18 (g) Communiter quidem Dd. ob fructus perceptos, quales sunt collecti & in horrea vel alium locum inveci. Struv. d. Exerc. 24. th. 17. Zoel. ad w. tit. loc. n. 23. § 24. postea vi majore conductori ereptos & deperditos, mercedis remissionem omnimodò denegant, quippe qui fructuum hoc modo perceptorum Dominus factus est, ut ipsi soli pereant, Zoel. d. l. Add. Carpz. p. 2. Const. 37. def. 20. & Dn. Lauterbach. ad tit. locat. §. 2. th. 13. Verum rationibus à Dn. Mev. d. Consult. q. 1. Viertens. 184. allatis, evincere tentabo; præterea quibusdam in casibus quos iudex arbitrabitur, etiam
- 19 excussionem requiri, modo circa eam non committatur mora, vel concurrat culpa saltem levisima, ut quæ transferunt in negligentem omne periculum & damnum ex casu ortum, ceu ex Sebastian. Medic. tract. de cas. fortuit. p. 1. quest. 16. n. 46. § 47. hanc tuam opinionem restringit ipse Mevius dict. l. §. Begebe sich aber. 232. Add. Mozz. de contract. tit. de locat. cond. rubr. de accid. locat. cond. n. 35. & Græv. ad Gail. lib. 2. Concl. 23. Conf. 2. ubi axioma, quod fructuum à fundo jam separatorum perditio nullam remissioni præbeat causam, tribus modis limitat, (1.) si citra culpam coloni in area sint combusti, (2.) si nondum triturati mundiq; facti sint, & (3.) si vitio territorii corrupti fuerint.
- 20 (h) Alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auferitur l. 25. §. 6. ff. locati. quod autem damnum immodicum & plusquam tolerabile dicendum sit, juxta arbitrium bonorum virorum, talium rerum notitiam habentium (nach ehrlicher und des Wercks verständiger Leute Erkändnis) ac ratione circumstantiarum ex æquo & bono æstimabit iudex, arg. l. 1. ff. de jur. deliber. l. si ita quis 135. §. 2. ff. de V. O. Dn. Struv. d. Exerc. th. 16. Mev. d. Consult. q. 1. §. Wann
- 21 aber der angeführte Schaden / 16. § seqq. Communis quidem Dd. opinio asserit, tunc casum fortuitum inducere remissionem mercedis, quando valor fructuum perceptorum detractis seminibus & expensis, ad dimidium mercedis non adscendit, sive quando Conductor solvendo pensionem, remanet læsus ultra dimidium, v. gr. quando ager conductus est 20. fl. fructus autem collecti non nisi 9. florenorum sunt. Dn. Brunnem. ad l. 25. ff. locat. n. 16. § seqq. Henric. Canis. in prælect. ad c. 3. extr. eod. arg. l. 2. § 8. C. de rescind.

scind. vend. Græv. dict. lib. 2. Concl. 23. n. 4. Molina de Just. & Jur. tract. 2. disp. 435. Carpz. p. 2. Const. 37. def. 11. Valasc. d. tract. n. 24. vers. quinta fuit opinio & vers. & hactenus Christinae. vol. 3. decis. 110. n. 14. Dn. Brunnem. ad l. 15. ff. locat. n. 15. & seqq. Attamen 22 parum tutum videtur, arbitrium iudicis hoc in loco ad rationem læsionis ultra dimidium restringere arg. l. 18. §. 2. & l. 25. §. 6. ff. locat. Accedit ratio, quod l. 2. C. de rescind. vend. non congruat læsioni, casu fortuito evenienti. Unde, cum juxta naturam hujus contractus non nisi ratione usus percepti debeat merces; sequitur, quod nec tota peti possit, quamvis dimidiæ portioni mercedis nati fructus respondeant, ut optimè monet Dn. Struv. Exerc. 25. th. 16. Add. ad ff. tit. loc. n. 106. Bus. ad l. 15. §. 2. eod. n. 4. Dn. Lauterbach. ad eund. tit. §. 2. th. 12.

(i) Vel in totum, si propter casus fortuitos nullos vel pro 23 rata, si quosdam conductor perceperit fructus d. l. 15. §. 11. aliave jura & Dd. hactenus adduct. Quandoque damnum ex sterilitate ortum, in locatione scilicet ad plures annos facta, præcedentis aut subsequenti anni ubertate solita majore compensatur, juxta l. 8. C. locat. l. 15. §. 4. l. 25. §. 6. ff. & c. 3. extr. eod. ubi tamen omninò in- 24 terest: num pensio constituta sit distributivè pro singulis, an collectivè pro omnibus simul annis. Si distributivè in singulos annos merces sit constituta, ubertas sequens est resolutiva tantum remissionis non suspensiva. Bald. in l. 8. C. locat. n. 17. h. e. statim quidem fieri debet remissio, sed si in sequenti ubertas superveniat, integra pensio etiam anni præcedentis, quo remissio facta, exigi potest, d. l. 15. §. 4. ff. locat. ubi rotidem verbis hoc ita habetur, & ex illis colligitur, si ubertas in primo anno antecessit, & sterilitas in secundo vel ulteriori sequatur, quod tunc colonis remissio sit deneganda. Frantzk. d. t. n. 109. etiam si locator verbo donationis 25 mercedem ob sterilitatem remiserit d. l. 15. §. 4. Carpz. de Const. 37. def. 12. Frantzk. ad w. tit. locat. n. 9. & 13. nisi locator ubertatis præcedentis anni conscius propter ultimi anni sterilitatem aliquid remiserit, d. l. 15. §. 4. Zæf. ad w. tit. locat. n. 21. aut de remissione in singulos annos faciendâ inter partes conventum fuerit. Carpz. d. Const. def. 13. Sin pensio dicta sit collectivè seu conjunctim pro 26 omnibus annis h. e. omnium totius locationis annorum una sit constituta merces, tunc fit remissio finitâ demum locatione, habitâ ratione ubertatis & sterilitatis omnium annorum, Vid. Carpzov.

- d. def. 12. n. 6. & Boss. in prax. crim. tit. de remiss. merced. n. 23. §*
- 27 *seqq.* Idem respondendum est, si plures fundi, sive ejusdem sive diversi generis, unâ mercede locati fuerint; hæc enim unica tantum locatio est, ita ut per consequens in sterilitatis, imò etiam aliorum casuum fortuitorum & inde faciendæ remissionis quæstione fructus omnium fundorum considerandi veniant, Boss. *d. t. n. 20. § seqq.* Sed quæritur hic: an, sicut ob immodicam sterilitatem pensio pro ratâ remittitur; ita è diverso ob solito majorem ubertatem agri pensio augeri possit? quod negandum censeo per *l. 25 §. 6. ibi: cui immodicum damnum non auferitur. ff. locati. Zæf. ad ff. tit. locat. n. 22. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 7. lit. e. Bui. ad l. 15. §. 4. ff. locat. n. 4. Canis. ad c. 3. extr. de locat. conduct. n. 9.* Deniq;
- 28 de colono partiario, qui pro pensione partem fructuum præstat, notandum est, quod remissionem petere nequeat, quia quasi societatis jure & damnum & commodum cum domino fundi partitur. *l. 25. §. 6. ff. locat. Gail. lib. 2. observ. 23. n. 14. Frantzk. ad tit. locat. n. 13. Molin. de J. & J. tract. 2. disp. 495. n. 22.* Aliud obtinet in eo, qui certam fructuum quantitatem loco pensionis promissit, qui omnino propter sterilitatem remissionem petere potest. *Lauterbach. ad tit. locat. §. 2. th. 15.*
- 29 Hactenus dicta de remissione propter casus fortuitos faciendâ, ad mercedem rerum pertinent. Sequitur nunc ut dispiciam, quid in mercede operarum sive personali quoad casum fortuitum obtineat. Tres autem hic sunt distinguendi casus: aut enim impedimentum fortuitum contingit circa locutionem operarum; aut
- 30 circa conductorem; aut circa opus ipsum. Primo casu nulla debetur merces, imò in antecessum data repetitur. *d. l. 15. §. 6. ibique Gloss.* Sic famuli morbo & aliâ justâ causâ diutius impediti, juxta plurimorum sententiam mercedem petere nequeunt, quamvis commiserationis ratio vetet, ut à dominis, ædibusejiciantur. Ad eundem modum nec famulorum ante finitum conductionis tempus mortuorum, heredes integram mercedem exigere possunt,
- 31 *Struv. Exerc. 24. th. 27.* Quod etiam in aliis operariis & opificibus servatur, ita ut integra merces architecto soluta eo mortuo condici possit. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 8. th. 3. lit. C. Frantzk. ad tit. locat. n. 193.* Dissentit ab his assertionibus *Vaud. lib. 1. q. 7.* quem sequitur *Hillig. ad Donell. lib. 13. c. 9. lit. B.* qui propter *l. 4. §. 5. ff. de stat. lib. ut & l. 19. §. pen. ac l. 38. ff. locat. artificem vel famulum*

mulum

mulum morbo impeditum, integram mercedem petere posse, as-
 serunt. Refutantur autem à Frantzk. d. l. n. 195. & seq. cujus
 sententiæ suffragantur Gomez, lib. 2. var. Resol. c. 3. n. 3. Covarruv.
 lib. 2. Resol. c. 13. n. 8. aliive, interq; eos Molin. de J. & J. tract. 2.
 disp. 493. it. disp. 505. n. 1. ubi famulis & ancillis ægrotantibus do-
 minum nec ad sumtus Curationis obligatum esse, docet. Secun- 32
 do casu merces integra est solvenda, quia per eum non sterit, qui
 operas suas locavit. l. 38. ff. locat. cond. idq; declarant Dd. exemplo
 Professoris per pestem à legendi munere abstracti: limitatur ta-
 men hoc assertum, si interim alii addixerit operas locator (quod
 equeidem Carpzov. p. 2. dec. 136. n. 20. non admittit) vel operas in
 definitè promiserit, juxta l. 19. §. 9. ff. locat. & l. 38. ff. eod. ibiq;
 Dn. Brunnem.

Tertio casu subdistingendum est hoc modo: aut casus con- 33
 tingit materiæ à domino ad opus conficiendum datæ, & tunc mer-
 ces pro operâ est solvenda. l. 33. verb. quemadmodum. ff. locat. Aut 34
 verò accidit operi, ut si fortè cœptum aut confectum interciderit:
 Ubi cum Florentino in l. 36. ff. d. t. & Javoleno in l. 51. ff. eod. ite-
 rum distinguendum est: an aversione h. e. totum uno pretio lo-
 catum sit opus, aut licet in singulos dies, aut operas certa sit consti-
 tuta pecunia, universi tamen operis periculum ad locatorem opera-
 rum pertineat: an verò ita conductum sit, ut in pedes mensurasve
 præstetur merces. Priori casu donec approbetur periculum, quod
 operis vitio accidit, ejus est, qui faciendum suscepit; quod verò
 vi majori evenit, spectat ad eum, qui id locavit, nisi aliud actum sit,
 l. 59. §. l. fin. ff. locati. Post approbationem omne periculum est lo-
 catoris sive domini, arg. d. text. Petr. Greg. Tholos. l. 27. Synt.
 c. 1. n. 29.

Posteriori casu eatenus periculum quod operis vitio evenit, 35
 artificis est, quatenus ad mensum non est: opere etenim per partes
 tacitè ita adprobato, nihil ulterius conductor domino quoad boni-
 tatem ejus præstare tenetur. Dn. Struv. d. Exerc. tb. 24. Dn. Brun-
 nem. ad l. 36. ff. locat. Menoch. de ret. possess. remed. 4. n. 14. Althus.
 lib. 1. Dicaob. c. 76. n. 34.

(k) Scil. Dominus utpote debitor mercedis vicissim est credi- 36
 tor illius, cui mercedem solvere obstrictus est, eo namq; casu mer-
 ces usq; ad concurrentem summam ipso jure perimitur. Dn. Srauch.
 Diss. 17. aph. 10. in fin. Sæpissimè autem in locatione conductione 37
 locum

locum habet compensatio, si v. gr. conductor ad necessitatem vel utilitatem perpetuam in re conducta, expensas faciat, has enim ei restituere locator, adeoq; permittere debet, ut de mercede deducantur *l. 55. §. 1. l. 61. pr. ff. locati*. Idem tenendum est de oneribus, quæ rei, licet ratione fructuum, imponuntur, v. c. tributis & collectis à conductore solutis. Licet enim fiscus in tributorum & collectarum exactioe possessorem sequatur & qualemcunque possessorem, sicq; etiam conductorem convenire possit. *l. 7. ff. de Publ. Vectigal. Dn. Tabor. de met. p. 2. c. 3. th. 19.* Attamen cum locator pro fructibus mercedem accipiat, & sic in effectu ipsemet re locata fruatur. *l. 38. l. 39. ff. de usufr.* Ideoq; in effectu & finaliter etiam tributa & collecta locatorem manent, ita ut ipse easdem conductori solventi, refundere teneatur, arg. *l. 13. ff. de impens. in res dotat. l. 2. C. de annon. & tribut.* Vid. *l. unic. §. 3. ff. de via publ. Mev. d. Consult. quest. 4. §. 32. & seqq. Hahn. ad Welemb. tit. locat. cond. n. 16.* Idem dicendum de sumptibus metatorum, von Einquartierungs-Kosten / Dn. Tabor. *d. l. Klock. de contrib. c. 11. n. 169. & seq. Frantzk. ad tit. locat. n. 171. Carpzov. p. 2. Const. 37. def. 15. Hahn, ad Welemb. d. l. Vid. Mev. d. l. & Brunnem. ad l. 25. ff. locat. n. 2.* ubi asserit, quod modicas expensas, quæ militi transeunti subministratae sunt, (wenn nur Durchzüge oder etlich weniger Tage Stilllager seind) conductor, alias autem atque majores locator ferre debeat, secundum quam sententiam Scabini Lipsientes anno præterlapso responderunt, teste Dn. Fritsch. *in mil. transf. innox.* De cætero ex naturâ compensationis requiritur ut debita opposita & expensæ sint liquidæ; Liquidæ enim cum illiquido nulla est compensatio. *l. fin. C. eod.* Unde si sint illiquidæ aut altioris indaginis expensæ, iis non attentis solutio mercedis imponitur, ac sententia executioni mandatur, prout in terminis tradit Dn. Mev. *part. 7. decis. 296.* dummodò pro iisdem cautio præstetur, Mev. *dict. loc. decis. 297.* Plura addere, nec temporis, nec instituti mei rationes permittunt. Interea

DEO SIT LAUS, HONOR
ET
GLORIA.